  Amplifico in septo Theudosii eximii.

Καὶ τίσι τόνδ' ἐτέλεσσεν καὶ ἔνθετο θέσκελον ὕμνον;
Κύρῳ Ἰωάννῃ μάρτυσι θειονόοις.
Τίπτε δὲ τόσσον ἔτευξε νόου πόνον; εἵνεκα καὐτοὶ
Ὄμμασι νουσαλέοις δῶκαν ἀκεστορίην.

Iam quibus hunc dium componens obtulit hymnum?
Cyro ac Iohanni martyribus nimiis.
Cur vero tantum suscepit mente laborem?
Hi fuerant aegris quippe medela oculis.

ΣΕΝΕΚΑ ΙΑΤΡΟΣΟΦΙΣΤΟΥ.

Κύρῳ ἀκεστορίης πανυπέρτατα μέτρα λαχόντι
Καὐτῷ Ἰωάννῃ μάρτυσι θεσπεσίοις
Σωφρόνιος βλεφάρων ψυχαλγέα νοῦσον ἀλύξας
Βαιὸν ἀμειβόμενος τήνδ' ἀνέθηκε βίβλον.

SENECAE IATROSOPHISTAE.

Cyro qui medica prae cunctis pollet ab arte,
Nec non Iohanni, martyribus superis,
Sophronius laetans, oculorum luce recepta,
Haec gratus libri munera parva dabat.

Ab Anastasii interpretis latino codice absunt haec epigrammata Sophronii ac Senecae iatrosophistae; quae tamen in graeco exemplari conservata sunt; eaque nos totidem versibus latina fecimus.

ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΘΑΥΜΑΤΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

ΚΥΡΟΥ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΩΝ ΣΟΦΩΝ ΑΝΑΡΓΥΡΩΝ.

α. ΠΕΡΙ ΑΜΜΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΟΚΤΑΒΑΡΙΟΥ ΧΟΙΡΑΔΑΣ ΕΣΧΗΚΟΤΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΤΡΑΧΗΛΟΝ.

Δίκαιον οἶμαι τῆς τῶν θαυμάτων ἀρχόμενος διηγήσεως, πρῶτα τὰ οἰκεῖα φράσαι τῆς πόλεως, ἐν ᾗ καὶ τῶν μαρτύρων ἡ θαυμαστὴ γέγονεν ἄθλησις, καὶ τερπνὸν ᾠκοδόμηται τέμε-

SOPHRONII MONACHI SOPHISTAE

NARRATIO MIRACULORUM

SS. CYRI ET IOHANNIS

SAPIENTIUM ANARGYRORUM.

PRIMUM MIRACULUM.

1. DE AMMONIO OCTAVARIO SCROFAS HABENTE IN GUTTURE.

Iustum arbitror miraculorum narrationem aggressus, prima quae domestica sunt civitatis exponere, in qua martyrum admirabile certamen exactum est, et venerabilis basilica eorum con-

νος· ἵνα μήτε τοὺς ἀλεξανδρέας λυπήσωμεν, ἑτέρους αὐτῶν ἐν τοῖς ἰδίοις προτάττοντες, μήτε τὴν πόλιν αὐτὴν ἀτιμάσωμεν, μεγίστην οὖσαν καὶ καλὴν καὶ ἐράσμιον, καὶ ἀξίαν διὰ τοῦτο προτάττεσθαι, ἵνα τὴν ἀρχὴν τῆς διηγήσεως κληρωσάμενα θαύματα, καὶ τοιαύτης ὑπὸ πόλεως ἀληθῆ μαρτυρούμενα, καὶ τοῖς ἔπειτα λέγεσθαι μέλλουσι παραπέμψοι τὸ εὔπιστον· οὐκοῦν ἀρχέτω τῶν θαυμάτων ἡμῖν ὁ Ἀμμώνιος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τῶν πρώτων ὑπῆρχε τῆς πόλεως, πλούτῳ τε διαπρέπων καὶ ἀγαθῷ πατρὶ σεμνυνόμενος· ὁ μὲν γὰρ χρόνους οὐ μικροὺς τὴν ἀλεξανδρέων ἐκκλησίαν διῴκησεν, πατὴρ Εὐλογίου τοῦ πάνυ τὸν θρόνον ἰθύναντος· ὁ δὲ τὴν τῆς

structa est; quatenus nec Alexandrinos constristemus, alios eis praeponentes in propriis, neque urbi eidem iniuriam inferamus, quae maxima optimaque est, ac delectabilis, et ob hoc praeferenda; ut miracula, quae narrationis tenent exordium, tanta plebe, talique civitate, vera haec fuisse testificante, etiam his praebeant fidem, quae in subsequenti dicenda sunt. Ammonius ergo miracula nobis initiet, idcirco quod hic de proceribus extitit civitatis, opulentia praeclarus, et benigno patre gloriosus. Ille quippe non pauco tempore alexandrinorum dispensavit ecclesiam, pater Eulogii, qui sedem ipsam optime dispen-

ὀκτάβης ἀρχὴν· τέλος τοῦτο κατ' ὀγδοάδα, καθέστηκεν (1), ἀδίκως μὲν συναγόμενον, εὐσεβῶς δὲ διοικούμενον· οὓς πρὸ τέλους (2) διήνυσεν.

Οὗτος γοῦν ὁ Ἀμμώνιος νέος ἔτι τυγχάνων, καὶ κάλλει σώματος τῶν ἐφήβων κοσμῶν τὰ συστήματα, πάθος ἔσχεν χαλεπὸν εἰς τὸν τράχηλον, ὅπερ ἰατροὶ χοιράδας καλῶς ὀνομάζουσιν, διὰ τὸ ζώοις ἐοικέναι τοιούτοις, τὰ τοῦτο δημιουργοῦντα τὸ νόσημα, καὶ κενοὺς συφαιῶνας τῶν ἀθλίων ἀνθρώπων τοὺς τραχήλους ποιούμενα· ταῦτα τὸν τοῦ νέου περιστοιχήσαντα τρά-

savit; hic vero principatum tenuit octavarum; et est vectigal per octavam, quae iniuste quidem colligitur, pie vero disponitur, quae ante exitum exigebat.

Hic ergo Ammonius dum adhuc iuvenis esset, et pulchritudine corporis adulescentiae aetatem ornasset, in gutture passionem pessimam habuit, quod medici merito scrofas appellant, eo quod huiusmodi sint animalibus similes, quae hanc aegritudinem procreant, novum porcinarium in cervicibus hominum facientia. Hae ergo adulescentis

(1) Octavarium, inquit Cangius gloss. lat., vectigal quod ex rebus venalibus fisco praestabatur, de quo est lex 7. et 8. cod. de vectigal. et l. 7. cod. de locato. Citatque ex Bollando hunc ipsum Sophronii (sed Bollando Cangioque anonymi) locum.

(2) Bolland. ὃ ὁ υἱός Προτέλους. Bonifatius tamen legebat, ut est in codice nostro gr.

χηλον, καὶ ὥσπερ ἐν κοιλίᾳ μητρὸς ἐκτρεφόμενα, καὶ ταῖς κατ' ὀλίγων αὐξήσεσι τὸν αὐχένα συντείνοντα, καὶ συναύξειν αὐτοῖς ἀναγκάζοντα, ἐν μεγάλῳ κακῷ τὸν νεανίαν διέθηκαν, συνέχοντά τε καὶ συμπνίγοντα τῇ περιστάσει τοῦ δέρματος.

Ὁ δὲ πατὴρ τοὺς σοβαροὺς τῶν ἰατρῶν προσκαλούμενος, τοῦ νέου τὸ πάθος ἐδείκνυεν, καὶ βοηθεῖν ἠντιβόλει τῷ παιδὶ κινδυνεύοντι, καὶ μισθοὺς τῆς θεραπείας προσέφερεν· οἱ δὲ τὸν Ἰουλιανὸν, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ πατρὶ, διὰ τιμῆς πλείονος ἄγοντες, καὶ τὸν παῖδα στέργειν ὑπὲρ αὐτὸν ἐπομνύμενοι, καὶ ἄλλως πῶς τὴν ὁλκὴν τῶν μισθῶν ἐφηδόμενοι, τῆς τε νό-

huius vallaverant collum, et tanquam matris alebantur in utero, paulatimque crescentia, guttur eius constrinxerant, adque ad magnam miseriam puerum eundem adduxerant abstringendo, et cutis extensione suffocando.

Qua de re pater eius elegantiores advocans medicorum, adulescentis aegritudinem demonstrabat; et ut adiutorium ferrent periclitanti puero supplicabat, mercedesque curae condignas, priusquam curam facerent, proponebat. Illi vero Iulianum, quod erat nomen patris eius, in multo honore se gerere, puerumque diligere super eum iurabant; alioquin et onere mercedum illecti, ac-

σου τὴν ἄκεσιν χρέος εἶναι διώμνυντο, καὶ ταύτην αἰδῷ καὶ τιμῇ τοῦ πατρὸς, καὶ πόθῳ καὶ στοργῇ τοῦ παιδὸς παρασχεῖν ἐπηγγέλλοντο· καὶ δὴ πάντα τὰ τῆς τέχνης κινήσαντες, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ ἔστιν εἰπεῖν, ἐγχωρήσαντες, ὤνησαν οὐδέν· ἐπεὶ τοῖς μάρτυσιν τὰ τοῦ παιδὸς ἐτηρεῖτο σωτηρία· τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ, τῶν ἰατρῶν ἀφελόμενος, τοῖς ὄντως ἰατροῖς Κύρῳ καὶ Ἰωάννῃ προσήνεγκε, ὧν τὴν τιμίαν σορὸν καταβρέχων τοῖς δάκρυσιν, ἀρωγοὺς γενέσθαι τοῦ παιδὸς ἐλιτάνευεν, καὶ μὴ παριδεῖν αὐτοῦ τὸν υἱὸν τηλικούτῳ κλύδωνι συνεχόμενον· οἱ δὲ τοῦ γέροντος ἐπακούσαντες, καὶ τὰ τῆς εὐχῆς οὐκ ἀτιμάσαντες δάκρυα, καὶ τὸν νέον

gritudinis curam ut debitam propter reverentiam et honorem patris, amoremque adulescentis et affectum, exhibere promittebant. Verum ubi omnia quae artis fuerant peregerunt, et quae super artem sunt, si dicendum est, nihil profuerunt, idcirco quod martyribus pueri huius servabatur salvatio, hunc pater a medicis auferens, ad veros medicos Cyrum et Iohannem adduxit; quorum venerabilem confessionem lacrymis irrigans, auxilium ferre adulescenti poscebat; nec contempnerent filium eius tanta compressum fluctuatione. Hii vero senis orationem exaudiunt, eius fletus non aspernati, et puerum

ἰάσαντο, κἀκείνου τοῦ δεινοῦ περιδεῤῥέου λαμπρῶς ἠλευθέρωσαν.

Ἀδικεῖν δὲ νομίζω, εἰ μὴ καὶ τῆς θεραπείας μνήμην ποιήσωμαι· ἐπεὶ γὰρ τὸν νεανίαν ἀνεώρων ὑπέροφρυν, καὶ τῷ τοῦ πλούτου φυσήματι πρὸς ἀλαζονίαν αἰρόμενον, οὐ πρότερον τοῦ σωματικοῦ τένοντος τὰς οἰδήσεις κατέπαυσαν, εἰ μὴ τῆς ψυχῆς τὴν φλεγμονὴν ἐθεράπευσαν· πλείω γὰρ τῆς τῶν ψυχῶν ἰάσεως καὶ ἀπαθείας φροντίζουσιν· τὸν οὖν Ἀμμώνιον ψυχῇ νοσοῦντα καὶ σώματι βλέποντες, καὶ τοὺς ἑκατέρων αὐχένας κακῶς διακείμενον, οὕτω τῆς θεραπείας ἠξίωσαν· πρῶτον μὲν τὰ πρὸ τῆς σεβασμίου αὐτῶν σοροῦ σαροῦν ἐπιτάττουσιν, ὅπως μάθῃ μὴ ὑπερ-

curaverunt, et ex illa collaris cutis pernicie clarius eruerunt.

Iniustum autem existimo, nisi et curationis memoriam faciamus. Etenim videntes eundem adulescentem supercilio elevari, et opulentiae fastu ad elevationem extolli, non prius corporalis cervicis tumores sedaverunt, quam animae iactantiam curavissent. Plus enim salute corporis animarum integritatem desiderant. Ammonium ergo et anima aegrotantem videntes et corpore, et utraque cervice pessime constitutum, hoc modo eum curare dignati sunt: primum quidem venerabilem eorum confessionem mundificare mandantes, qua-

φρονεῖν, ἵνα διὰ τῆς εἰς τὰ κάτω καὶ εἰς γῆν κατανεύσεως ὅθεν τε ἐλήφθη διδάσκοιτο, καὶ ὅ που φησὶν ὁ Θεὸς τῷ πρωτοπλάστῳ Ἀδάμ, ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ τὸν ἄρτον σου, ἕως οὗ ἀποστρέψω σε εἰς γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθης, ὅτι γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· καὶ πρὸς Θεὸν Δαβὶδ ὁ θεσπέσιος· ἀντανελεῖ τὸ πνεῦμα αὐτῶν καὶ ἐκλείψουσιν, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν.

Ἀλλ' οὖν τῆς ψυχῆς τοῦ νέου τὸν ὄγκον μαράναντες, καὶ ὅστις εἴη μαθεῖν ἀναγκάσαντες, ἐπὶ τὸ τοῦ σωματικοῦ τραχήλου τὰς χοιράδας τὸ φάρμακον ἔπεμπον· τοῦτο δὲ ἦν τῆς αὐτῶν κηρωτῆς ἡ παναλκὴς ἔμπλαστρος, ἣν ἄρτῳ μιχ-

tenus disceret non super sapere quam oportet sapere, sed deorsum inclinatus in terram, unde sumptus est, et ubi post modicum reversurus est, addisceret sicut ait Dominus ad Adam: quia terra es, et in terram ibis, donec convertaris in terram de qua sumptus es. Et ad Deum David divinitus dicit: auferes spiritum eorum et deficient, et in pulverem suum convertentur.

Ita ergo tumorem animae adulescentis macerantes, et quis esset addiscere coartantes, ad scrofarum passionem, quae in corporeo gutture fuerat, medicinam mandaverunt. Hoc autem ceratis eorum omnipotens emplastrum fuit, quod cum

θεῖσαν περιθῆναι τῷ τραχήλῳ προσέταξαν· καὶ τῆς τῶν ἁγίων γινομένης κελεύσεως τοῦ πάθους ὁ παῖς ἀπηλλάττετο· οὐ πολλαῖς γὰρ ταῖς ἡμέραις ἀντισχεῖν αἱ χοιράδες πρὸς τὸ φάρμακον ἴσχυσαν· ὅθεν ἐπιτεθέντος αὐταῖς τοῦ βοηθήματος, οὕτως ὀξέως ὥσπέρ τινος μαστίζοντος αὐτὰς ἢ διώκοντος ἔφυγον· καὶ ἄφνω διαῤῥήξασαι τὸ περιέχον αὐτὰς τοῦ αὐχένος δερμάτιον πρὸ τοῦ τῶν ἁγίων ἔπεσαν μνήματος· ἑξήκοντα δὲ ἦσαν καὶ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν, ὡς ἔλεγον αὐτὰς οἱ μετρήσαντες· ἃς οἱ τότε τῷ νεῷ διακονούμενοι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας πρὸ τοῦ τῶν ἁγίων ἠώρησαν μνήματος, τὴν τῶν μαρτύρων ἰσχὺν ἐνδεικνύμενοι, καὶ πάντας κινοῦντες

pane commixtum gutturi eius imponi praeceperunt: sanctorumque iussione peracta, de aegritudine puer ereptus est: nec enim multis diebus contra eorum medicinam scrofae resistere valuerunt; adiutorio quippe eis superposito, velociter tanquam aliquo flagellante eas et persequente, fugatae sunt, et acre * aperientes cervicis cutem, et qua continebantur rumpentes, ante sanctorum memoriam ceciderunt: sexaginta et septem vero fuerunt numero, sicut a numerantibus eas dicebantur: quas qui tunc in basilica ministrabant, per multos dies ante sanctorum memoriam suspenderunt, virtutem martyrum demonstrantes

* ita cod.

πρὸς θεάρεστον αἴνεσιν· καὶ Ἀμμώνιος μὲν ἐπὶ διπλῷ τῷ νοσήματι διπλῆν λαβὼν καὶ τὴν ἴασιν, ὑγιὴς ἀποδίδοται.

Μετὰ χρόνον δέ τινα πάλιν ἐπαρθεὶς τῷ νοσήματι, καὶ λήθην τῆς προλαβούσης παιδείας κτησάμενος, σωματικῇ πάλιν ἀσθενείᾳ παιδεύεται· καὶ τὰ κρείττω φρονεῖν μαρτύρων ἐπιτιμίοις παιδεύεται· ἀσθενήσας γὰρ οὐ μετρίως τὸν στόμαχον ἐκινδύνευεν· κολικευμὸν δὲ μᾶλλον ἀσκληπιάδαι τὸ πάθος ἐκάλεσαν· καὶ στομάχου διάθεσιν τὸ διάφορον τῶν ἀλγηδόνων συγκρίναντες· καὶ μείζους ταύτας ἢ κατὰ στόμαχον βλέποντες· οὔτε γὰρ ἦν αὐτῶν τινὸς μεταλαβεῖν, ὃ μὴ πάλιν ἀνήγαγεν εὐθὺς διὰ στόμα-

cunctosque Dei excitantes ad laudem. Et Ammonius quidem pro duplici aegritudine duplicem et medelam accipiens, sanus restitutus est genitori.

Post aliquod vero tempus iterum elatus est sensu, oblivionemque praecedentis castigationis incurrens, corporali rursus infirmitate corrumpitur, et meliora sapere martyrum castigationibus docetur. Etenim non mediocriter infirmatus, periclitabatur de stomacho, immo coliceumon asclepiadae hanc aegritudinem vocaverunt; et conferentes quod non qualitas stomachi differentiam dolorum faceret, et ampliores hos quam qui sunt stomachi; considerantes enim, quod non erat

τος, μὴ δυναμένης αὐτοῦ τῆς γαστρὸς τὸ παρὰ τοῦ στομάχου πεμπόμενον δέξασθαι, ἥ τις τοῖς στρόφοις πιεζομένη, καὶ δριμυτέραις ταῖς ἀνίαις δουλεύσασα, μένειν ἐν αὐτῇ τὴν τροφὴν οὐκ ἠνίσχετο, ἀλλὰ θᾶττον αὐτὴν κατιοῦσαν ἀνέπεμπεν, καὶ διὰ στόματος ἔῤῥιπτεν, δίοδον δι' ἑαυτῆς οὐ παρέχουσα· ἀλλ' εἰ τὸ πάθος οἱ ἰατροὶ καὶ τούτων οἱ φοροῦντες τοὺς τρίβωνας, καὶ τῇ κομψίᾳ τῶν λόγων ἐπερειδόμενοι, ἅπαντες γὰρ εἰσέτρεχον, μαθεῖν ἠδυνήθησαν, οὐκέτι καὶ τὴν ἴασιν παρέχειν εὐπόρησαν, καί τοι λίαν αὐτὴν ἀνιχνεύοντες καὶ δωρεῖσθαι γλιχόμενοι, ἵνα καὶ τὸν μὲν μισθὸν κομψὸν τὸ ἀργύριον, καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως κομψοτέραν τὴν δόξαν φορήσωνται.

eum aliquid victus accipere, quod per os non confestim evomeret; non valente alvo eius quod per stomachum mittebatur recipere, eo quod tortionibus constipata, cibum in se retinere non poterat; sed dum descenderet, statim repulsum per os remittebat, non sinens per se transitum facere; quamvis ergo hanc aegritudinem medici, et quique eorum induti sunt tribones, sermonumque dicacitate confidunt, omnes enim introibant, et potuerunt quidem addiscere, non tamen idonei fuerant accurare; quandoquidem valde hunc investigaverunt, et munerari cupierint, ut et mer-

Διὸ καὶ πάντων αὐτῶν καταγνοὺς ὁ Ἀμμώνιος, καὶ μηδεμίαν πρὸς αὐτῶν παθὼν τὴν ὠφέλειαν, εἰ μὴ μόνον τὸ μαθεῖν αὐτῶν τὴν πρὸς τὸ πάθος ἀσθένειαν, καὶ ὅτι λόγοις μέν εἰσιν ἱκανώτατοι, ἔργοις δὲ θεραπεύειν ἀνίκανοι, πρὸς Κῦρον καὶ Ἰωάννην ἐξέρχεται, μόνους αὐτοὺς ἰατροὺς μετὰ Θεὸν πιστεύσας γενήσεσθαι· ὅθεν καὶ τάχος τὴν ἴασιν εἴληφεν, μισθὸν εὐπρεπῆ τῆς εἰς αὐτοὺς κομισάμενος πίστεως· καὶ τοῦ μὲν στομάχου ἔλαιον ἦν καὶ κηρωτὴ τὸ καθάρσιον, ἅπερ αὐτῶν τὴν σορὸν πυρὸς μαρμαρυγῇ καταλάμπουσι· τῆς δὲ ψυχῆς τὸ κενόδοξον καταλλήλῳ φαρμάκῳ περιστροβοῦσιν οἱ μάρτυρες·

cedum pompam argento, et de felicitate curandi praestantiorem gloriam conquisissent.

Idcirco his omnibus refutatis Ammonius, nullumque ex eis inveniens iuvamentum, nisi tantum ut eorum super hac aegritudine impossibilitatem addisceret, et quod verbis quidem sint nimis idonei, operibus autem curare nullatenus strenui; ad Cyrum iterum et Iohannem egressus est, solos hos post Deum credens adiutores existere; unde et celerem curam accepit, mercedem congruam fidei, quam in eos habuerat, consecutus. Et stomachi quidem oleum et cera fuit curatio, quae confessionem eorum radianti fulgore splendificant. Ita et vanam gloriam mentis eius

ἐλθόντες γὰρ νυκτὸς πρὸς Ἀμμώνιον, τὴν μαλακὴν ἐσθῆτα καὶ ῥέουσαν περιστεῖλαι κελεύουσιν, περιθέσθαι δὲ τραχυτέραν ἀμφίασιν τὴν ἐκ στυππίων μὲν ἔχουσαν ὕφασμα, σάκκον δὲ καλουμένην, διὰ τὴν πρὸς σάκκον ἐγγυτάτην τραχύτηκα, ἣν οἱ πάνυ πτωχοὶ διὰ τὸ λίαν εὔωνον καὶ εὐτελὲς περιβάλλονται· ταύτην ἀντὶ τῆς πολυτελοῦς καὶ χλιδώσης ἐσθῆτος εἰπόντες ἐνδύσασθαι, τοῖς ἀσθενοῦσιν ἀδελφοῖς τὸ πότιμον ὕδωρ ἐπὶ τῶν ὤμων ἄγειν προστάττουσι· οὐ κέραμον ἕνα βαστάζοντα, ἀλλὰ δύο ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν ὤμων θεσπίσαντες· καὶ οὐ * πρότερον αὐτὸς ἀνύσει τὸ πρόσταγμα· ὁ δὲ πληρώσας τῶν ἁγίων τὴν κέλευσιν, καὶ τὸ νάμα μετὰ τοῦ

* deest aliquid.

competenti medicamine martyres correxerunt; etenim nocte ad Ammonium venientes, mollem vestem et fluidam deponere praecipiunt, et indumento asperiore circumtegi, de stuppa quidem intexto, sacco vero vocato, quod ad instar sacci sit asperum, quo nimis pauperes ob pauci pretii vilitatem amicti sunt, hanc pro pretiosa et praeclara veste induere decernentes: aquam vero ad bibendum (fratribus aegrotis) in humeris portare praecipiunt, non unum urceum, sed duos in utrisque humeris baiulantem; nec se prius eum curaturos inquiunt, nisi prius ipse peregisset quod iussum est. Ille autem sanctorum iussionem perfi-

λεχθέντος ἐνδύματος ὑδρευσάμενος ἐπιεικέστατα, τὴν ἐπηγγελμένην τῇ τοιᾷδε πράξει ῥῶσιν ἐδέξατο· οὕτω δὲ καὶ ταύτην ἐκφυγὼν ὁ Ἀμμώνιος τὴν ἀσθένειαν, τοὺς ταύτης ἰατροὺς καὶ τῆς προλαβούσης διώκτας εὐφημήσας ἀπῴχετο· καὶ ἡμεῖς δὲ τοὺς ἁγίους ὑμνήσαντες, αὐτοὶ γὰρ μετὰ Θεὸν τῶν λεχθέντων ἰατροὶ καθεστήκασιν, ἐπ' ἄλλας ἀξιαγάστους θαυματουργίας αὐτῶν διεξίωμεν.

β. ΠΕΡΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΕΣΧΗΚΟΤΟΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΔΥΟ ΟΦΘΑΛΜΟΙΣ ΤΑ ΛΕΥΚΩΜΑΤΑ.

Θεόδωρος δὲ μετὰ Ἀμμώνιον ἡμῖν εἰς διή-

ciens, et undam cum praefato indumento obsequenter exhauriens, promissam huic ministerio consecutus est sanitatem. Ita quippe Ammonius etiam hanc effugiens aegritudinem, et hunc languorem medicos praecedentem, eos curasse conlaudans (1), exinde profectus est. Et nos igitur sanctis laudis hymnum dicentes, isti enim sunt qui post Deum harum passionum sunt sanatores, ad alias eorum medicinas admirabiles accedamus.

2. DE THEODORO QUI ALBORES IN UTRISQUE OCULIS HABUIT.

Sed et Theodorus post Ammonium narrandus

(1) *Immo dicerem*: et huius praecedentisque languoris (sanctos) medicos depulsores collaudans abiit.

γησιν πρόεισι, πόλιν μὲν ἔχων καὶ αὐτὸς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, πλοῦτον δὲ σύμμετρον καὶ ἀμέριμνον, τὴν καλλίστην αὐτάρκειαν· νόσον δὲ τῶν τοῦ σώματος ὀφθαλμῶν τὴν ἀπώλειαν· τούτους γὰρ παθὼν ὁ Θεόδωρος, καὶ τὴν δέουσαν οὐχ εὑρὼν ἐπιμέλειαν, ἐν ἀμφοτέροις ἔσχεν τὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀμαυροῦντα λευκώματα· ἅπερ ἐσχηκὼς καὶ πρὸς τῶν ἰατρῶν μαθὼν αὐτῶν τὸ ἀνίατον, τὸν τῶν μαρτύρων σηκὸν κατελάμβανεν, ἐλπίδα μίαν ἑαυτῷ περιθέμενος ἀκαταίσχυντον, πίστιν εἰς αὐτοὺς ἀνυπόκριτον, καὶ τὴν παρ' αὐτῶν τοῖς οὕτω πιστεύουσιν γιγνομένην ἐπίσκεψιν· ἐλθὼν οὖν εἰς τὸ τῶν μαρτύρων σεβά-

accedat, civitatem habens et ipse eandem Alexandriam, sed divitias mediocres, non a se optime rerum indigentiam pellens (1). Aegrotabat igitur oculorum corporis orbitate; hos quippe dolens Theodorus, et non inveniens diligentiam competentem, in utrisque oculis induit tenebrosos albores; quos dum habuisset, et a medicis esse insanabiles didicisset, ad sanctorum confessionem occurrit, unam sibi spem, qua non confunderetur, proponens fidem in eos indubiam, et eorum visitationem ita credentibus affuturam. Veniens itaque ad venerabilem basilicam martyrum, fidei

(1) *Immo vero*: sed opes mediocres et curarum expertes, quodque optimum est, sorte sua contentus.

σμιὸν τέμενος, τῆς εἰς αὐτοὺς ὁλοψύχου πίστεως τὸν καρπὸν ἀπεφέρετο· χρόνον γὰρ ἐν αὐτῷ διατρίψας βραχύτατον, καρπὸν ἐκομίζετο· τὸν οὐ χρόνοις πολλοῖς γεωργούμενον, ἀλλ᾽ ἁπλότητι πίστεως τιθηνούμενον· ὃν ἀντιμετροῦντες οἱ ἅγιοι, εἰς τὴν αὐτῶν πηγὴν ἐξιέναι προσέταττον, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ χρήσασθαι νάμασιν πρὸς τὴν τῶν ὀμμάτων ἀνάβλεψιν· ὁ δὲ τὸ κελευσθὲν ποιῶν ἑτοιμώτατα, χειραγωγούμενος ἐπὶ τὸ ῥεῖθρον ἀπέρχεται, καὶ τὰς ὄψεις ἐν τούτῳ νιψάμενος, καὶ ταύτας εἴς τι φακιόλιον ἐκμαξάμενος ἔβλεψεν, σὺν τῇ τῶν ὑδάτων ὑγρότητι, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποβαλὼν τὰ λευκώματα· ἅπερ τῶν ὀμμάτων ἐκ θείας τινὸς ἀποπτωθέντα δυνάμεως κἂν τῷ φακιολίῳ τυγχά-

quam in ipsos medullitus habuit, fructum adeptus est. Tempus enim ibidem moratus brevissimum, fructum adeptus est, qui nec temporibus multis adquiritur, sed simplicitate fidei coalescit; cuius sancti vicissitudinem compensantes, ad fontem suum egredi, et cius fluentis ablui ad oculorum illustrationem praecipiunt. Ille vero quod iussum est paratus efficere, mox ut ductus ad haec fluenta profectus est, ibidemque abluens lumina, et faciali quodam extergens aspexit, et cum aquarum humore etiam oculorum albores abiecit, qui de oculis divina quadam sunt expulsi virtute; at-

νοντα, πᾶσιν εἰσδραμὼν τοῖς ἀνὰ τὸν νεὼν εὑρεθεῖσιν ὑπέδειξεν· ὑπόδειγμα πίστεως ἑαυτὸν παρεχόμενος, καὶ τῆς ἐκ πίστεως ἐγγινομένης ἰάσεως κηρύττων τὸ μέγεθος.

γ. ΠΕΡΙ ΚΑΛΟΥ ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΠΟΔΑ ΚΑΤΕΑΞΑΝΤΟΣ.

Καλὸς δέ τις ἀξίως λεγόμενος, γνώμην γὰρ τοιαύτης προσηγορίας ἀκόλουθον διεκέκτητο, ἐκ τῆς τοῦ μισοκάλου σπουδῆς, καὶ τῆς πρὸς τὰ καλὰ δεινῆς ἀντιστάσεως, ἀπὸ κλίμακος κατιὼν συμποδίζεται, καὶ συμποδιασθεὶς ἀφ' ὕψους βιαίως εἰς γῆν καταφέρεται πτώματι· ὅθεν τὸν πόδα συντριβεὶς ἐκινδύνευε, αὐτὸν τοῦ ποδὸς εἰς μυρία καταξάσας τὸν κάλαμον· ἀλλ' ὅτε τὴν

que ad basilicam currens in eodem faciali omnibus qui affuerant demonstravit; exemplum se fidei aliis exhibens; et salubritatis, quam fides assequitur, praedicans magnitudinem.

3. DE CALO QUI PEDEM ERUPERAT.

Calus quidam, qui condigne bonus vocatus est, voluntatem enim habuit tali dignam vocabulo, actusque voluntati et vocabulo consequentes, ex insidiis inimici, qui callide bonis obluctatur studiis, per scalam descendens compeditus est, et desuper in terram violento lapsu deductus est, pedeque contrito periclitabatur, cannula ipsa et

τῶν ἰατρῶν ἴδεν πρὸς τὸ πάθος ἀνόητον ἔλευσιν, ἐπιλειψάντων σχεδὸν τῶν τοῦ ποδὸς ὀστέων ταῖς κατὰ μέρος ἀποβολαῖς τε καὶ ῥεύσεσιν, καὶ τῶν σαρκῶν τε συναναλωθεισῶν ταῖς τῶν ἰχώρων ἐκβλύσεσιν, ἐπὶ τὴν τῶν ἁγίων Κύρου καὶ Ἰωάννου καταφεύγει βοήθειαν, ἑαυτῷ πλεῖστα μεμψάμενος, ὅτι τῶν ἁγίων τοὺς ἰατροὺς προετίμησεν, καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ συγγνώμης πολλὰ τυχεῖν ἐλιπάνευεν· καὶ μετὰ τῆς συγγνώμης καὶ τὴν ἴασιν αὐτοὺς ὀρέγειν ἱκέτευεν· ἣν ἀδιστάκτῳ τῇ πίστει πρεσβεύων κομίζεται, ἐλαίῳ τῷ τῆς κανδήλας ἐκ προστάγματος ἀλειφόμενος, καὶ τούτῳ πληρῶν τῶν ἐκπεσόντων ὀστέων τὴν ἔνδειαν· καὶ τοῦτο μὲν τοῦ Καλοῦ καθέστηκεν τὸ

pedis tibia in mille partibus diminuta. Qui dum medicorum praesidia conspexisset ad succurrendum invalida, dumque fere iam ipsius pedis ossa paulatim cadendo defluerent, carnibus cum affluenti sanie liquefactis, ad sanctorum martyrum Cyri et Iohannis confugit praesidium, nimis semetipsum accusans, quod medicos praeposuerit sanctis, et de hoc valde indulgentiam supplicans invenire, et cum indulgentia medicinam eos concedere: quam, cum fide indubia precaretur, adeptus est, candelae oleo eis praecipientibus delibutus, et ex eo reintegrans dampna ossium dilapsorum. Talis quidem eiusdem Cali existit nar-

τὸ διήγημα, καὶ τοῦ γεΓονότος ἐπ᾽ αὐτῷ θαύματος τὸ μνημόσυνον.

δ. ΠΕΡΙ ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΤΟΝ ΠΝΕΥΜΟΝΑ ΑΣΘΕΝΗΣΑΝΤΟΣ.

Ἰσιδώρου δὲ τὴν ἀσθένειαν ἀφηΓήσομαι, καὶ τῆς ἀσθενείας τὴν παράδοξον ἴασιν· μαϊουμήτης ἦν ὁ Ἰσίδωρος, καὶ οὐ τοῦ Μαϊουμᾶ τῆς γαζαίων ὁρμώμενος, ἀλλὰ τοῦ τῆς ἀλεξανδρέων Μαϊουμᾶ γνωριζόμενος, ὅστις ἐν Φάρῳ τῇ ποτὲ νήσῳ καθέστηκεν, νῦν δὲ μέρος Ἀλεξανδρείας, ἑνωθείσης τῇ πόλει τῆς νήσου, λογίζεται, εἰ καὶ τὴν παλαιὰν ἔχων ὁ τόπος τοῦ Μαϊουμᾶ προσηγορίαν ἐπέμεινεν· οὗτος οὖν ὁ Ἰσίδωρος χαλεπῶς πάνυ διέκειΤο, τοῦ πνεύμονος

ratio, et miraculi quod in eo peractum est, recordatio.

4. DE ISIDORO QUI PULMONE INFIRMABATUR.

Isidori quoque aegritudinem narrabo, et eiusdem aegritudinis admirabilem curam. Maiumitis erat Isidorus, non de Maiuma gazaeorum exortus sed de Maiuma alexandrinorum progenitus, qui in Pharo, quae olim insula fuerat, insitus est; nunc vero pars Alexandriae adunata, et eadem insula reputatur, licet antiquum habens idem locus persistat vocabulum. Hic namque Isidorus

αὐτὸν χαλεπῶς καταΐρύχοντος, καὶ θάναΐον αὐτῷ τῆς ἀσθενείας ἐπαγΐελλόμενος τὸ φάρμακον· τοῦτον γὰρ σηπόμενον κατ' ὀλίΐον ἀνέπτυεν εἰς αἷμα καὶ φλέγμα λυόμενον, καὶ τὴν ἐντεῦθεν τελευτὴν προσεδέχετο, ἥτις ἀκολουθεῖν πάντη τε καὶ πάνΐως τῇ τοιαύτῃ διαθέσει τοῦ πνεύμονος (εἴωθεν.)

Ἀλλ' ἐν τούτοις ἑαυΐὸν θεασάμενος, καὶ μαθὼν ὡς οὐδεμιᾶς σωτηρίας ἐλπὶς παρὰ ἀνθρώποις αὐτῷ καΐαλέλειπΐαι, πίσΐιν ἔχων εἰς τοὺς ἁγίους Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας τὴν ὄρη μεθιστῶσαν εἰς θάλασσαν, νεκροὺς δὲ ἐκ τάφων ἐγείρουσαν, τοιαύτην γὰρ αὐτοῖς ὁ σωτὴρ παρέσχεν τὴν δύναμιν, τὴν εἰς αὐτὸν στορ-

de pulmone graviter fuerat cruciatus, et mors infirmitatis erat remedium; hunc enim putrefactum paulatim expuebat in flegma atque in sanguinem resolutum. Et finem vitae ex hoc expectabat, quae prorsus assequi huiusmodi pulmonis aegritudinem solet.

Sed in hoc Isidorus se ipsum conspiciens, et cognoscens quod nulla salutis spes ab hominibus remansisset, habens in sanctos Cyrum et Iohannem martyres fidem, quae montes quidem transponit in mare, mortuos autem erigit de sepulchris, talem namque eis Salvator virtutem adtribuit, affectum eorum quem in se habent oppor-

γὴν προσφυῶς ἀμειβόμενος, ἐπ' αὐτοὺς τουτουσὶ τοὺς πανσθενεῖς ἰατροὺς ἐκ τῆς πόλεως ἔρχεται· οὗ τὴν πίστιν οἱ μάρτυρες ἀγασάμενοι, οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ αὐτῷ παραφαίνονται· οὐ τόδε ποιεῖν ἢ τόδε προστάττοντες, ἀλλ' ἀπὸ κίτρου μέρος ὀρέγοντες καὶ ἐσθίειν προστάττοντες· ὁ δὲ τῶν τῷ νεῷ παρόντων τινὰ; ὑπολαβὼν εἶναι τοὺς μάρτυρας, τὸ δοθὲν ἀσμένως ἐδέξατο, καὶ ἡδέως δεξάμενος ἤσθιεν· ἀλλ' ἔτι τοῦ καταποθέντος κίτρου τὸ τελευταῖον μασόμενος, ἐκινήθη πρὸς ἔμετον· καὶ τοῦτο παθὼν, συναναφέρει τῷ βρώματι καὶ τὸν πνεύμονα κατεσθίοντα σκώληκα· ὃν ἀποβαλὼν, συναποβάλλει τούτῳ τὸ νόσημα, καὶ τὴν ῥῶσιν εὐθέως εἰσδέχεται.

tunc remunerans, ad eosdem omnipotentes medicos de civitate progreditur: cuius fidem martyres admirati, non in noctis somnio, sed in visione, sese manifestantes, non hoc aut illud facere, sed citri portionem porrigentes, prompte comedere mandaverunt. Ille autem aliquem esse existimans, de his qui praesentes in basilica fuerant, quod datum fuerat grate suscipiens, et libenter comedens, dum adhuc extremam partem citri quem comedebat manderet, in vomitum motus est; ex hocque turbatus, una cum cibo et vermem, qui pulmonem eius comedebat, abie-

ε. ΠΕΡΙ ΜΗΝΑ ΤΟΥ ΦΙΛΟΠΟΝΟΥ ΕΣΧΗΚΟΤΟΣ ΤΗΝ ΕΜΦΡΑΞΙΝ.

Ὥρα δὲ ἡμᾶς μετ' Ἰσίδωρον καὶ τὴν κατ' αὐτὸν θαυμασίαν λέξαι διήγησιν, Μηνᾶν εἰς μέσον ἀγαγεῖν τὸν φιλόπονον, ὃς φιλοπονείου προΐστατο τοῦ κατὰ τὸν Ἀνδρέου τοῦ θείου τοῦ εἰς τὴν Περώνην ὑπάρχοντος· ἠῤῥώστησεν δεινῶς ὁ φιλόπονος, πυρετὸς δὲ ἦν σφοδρὸς τὸ ἀῤῥώστημα, ὃς ἐπιτεταμένως αὐτῷ καὶ διακαῶς ἐμβαλὼν, καὶ πᾶσαν σχεδὸν ἐξαμβλώσας αὐτοῦ τῆς γαστρὸς τὴν ὑγρότητα, εἰς ἔμφραξιν αὐτὸν ὑπερβολῇ ξηρύτητος ἤγαγεν· καὶ ταύτην παῖδες ἰατρῶν τῆς κοιλίας τὴν ἔμφραξιν τῶν πυρετῶν ὡς

cit; quod eiciens pariter et aegritudinem abicit, et firmitatem continuo recipit.

5. DE MENNA PHILOPONO QUI ENPHRAXIN HABUIT.

Hora est nos post admirabilem narrationem Isidori, Mennam philoponum in medium ducere, qui philoponio praeerat, quod est ad Peronam circa beatum Andream. Hic philoponus infirmatus est graviter, febris autem erat vehemens eius infirmitas; quae instanter eum atque flagranter * aggressa, et fere omnem corporis humorem extinguens, ad enphraxin eum inmensitate desiccationis perduxit. Quam ventris distri-

* alibi fragl.

ἀκινδυνότερον ἀμελήσαντες, διαλύειν ὑπήγοντο, πλείσταις ἐμβροχαῖς καὶ διαφόροις ἀλείμμασι χρώμενοι, καὶ τὰς τῶν ἀντιδότων λυτικὰς διὰ στόματος πέμποντες, καὶ βρώματα τὸν στόμαχον φθείροντα παρεχόμενοι· ἀλλὰ τούτοις ἅπασιν ἀγωνισάμενοι, τέλος ἐπαύσαντο· μὴ μόνον αὐτὸν μηδὲν ἐκ τῶν διδομένων ὠνήσαντες, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα βλάψαντες· τῶν γὰρ τῇ γαστρὶ παραπεμπομένων ἔνδον μενόντων καὶ παραιτουμένων τὴν ἔκρυσιν, μειζόνως ὁ ἀνὴρ ἐκινδύνευεν, κατὰ μικρὸν ἐξογκούμενος, καὶ τὴν γαστέρα λίαν ὑψούμενος, καὶ μηδεμίαν εὑρίσκων τῆς στενοχωρούσης αὐτὸν καὶ πνιγούσης ἀνάγκης ἀνάψυξιν.

Τοῦτον οὖν ἡμέρας δὶς ἑπτὰ βαστάσας τὸν

ctionem discipuli medicorum, de febribus quasi non periculosis exortam neglegentes, dissolvere conabantur, pannos plurimos et diversas unctiones adhibentes, et in eis mittentes antidota, et cibos qui ventrem solverent porrigentes: et haec omnia exercentes, non solum nihil ei ex his quae dederant profuerunt, nam quae in ventrem miserant intrinsecus remanentibus et non valentibus excreari, multo amplius vir ipse periclitabatur, paulatim tumore ventris extento, nullum inveniens de constringente se et suffocante necessitate remedium.

κίνδυνον, καὶ μηκέτι φέρειν δυνάμενος, ἐπὶ Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας ὥρμησεν, τούτοις τὸ ζῆν καὶ τὸ θανεῖν ἀναθέμενος· ἦλθεν δὲ οὐ ποσὶ χρώμενος, οὐκ ἀλόγοις ζώοις ὀχούμενος, οὐ φορίῳ καθήμενος, θρόνος οὗτος καθέστηκεν ἐν ᾧ βαστάζειν οἱ νοσηλεύοντες τοὺς ἀσθενοῦντας εἰώθασιν· οὔτε γὰρ ἠδύνατο καθῆσθαι οὕτως ὀγκωθεὶς τὰ ἐντόσθια καὶ ξένον γενόμενος θέαμα, ἀλλ' εἰς κράβαῖον κείμενος, ἀνθρώπων ἓξ καὶ δέκα τῇ διαδοχῇ βασῖαζόμενος· ἐλθόντα δὲ αὐτὸν οἱ μάρῖυρες ἐποικτείραντες φιλανθρώπῳ σπουδῇ κατὰ τὴν νύκτα τὴν αὐτὴν ἐπισκέπτονται, ἰσχάδα * μίαν παρέχοντες, ἣν καὶ τρώγειν ἐκέλευον, ὡς δυναμένην αὐτὸν

* cod. σχ. heic et infra.

Hoc igitur per bis septem dies perpessus periculum, et ultra ferre non valens, ad Cyrum et Iohannem martyres confugit, eis vitam mortemque committens. Venit autem non pedibus, non iumento vectatus, non in phorii pilento considens, quae sedes est in qua deportari aegroti a non aegrescentibus assolent; nec enim sedere poterat, tam magno tumore interioribus eius extensis, ut nova visio cerneretur; sed in lectulo reiacens a sedecim hominibus per vices portatus est. Venientem autem martyres miserati, clementiori celeritate nocte eadem visitantes, unam caricam porrexerunt, quam et comedere praecepe-

τῆς νόσου μᾶλλον δὲ τοῦ ᾅδου λυτρώσασθαι· ὁ δὲ διυπνισθεὶς, ὄναρ γὰρ ἦν τὸ φαινόμενον, τὴν ἰσχάδα κρατεῖν ὑπελάμβανεν· ἣν οὐχ εὑρὼν, ὡς τῆς ζωῆς ἐκπεσὼν ἐδυσχέραινεν· ὅμως καλέσας αὐτοῦ τὴν ὁμόζυγον, τὰ τῆς ὄψεως διηγήσατο, καὶ ἰσχάδα φέρειν αὐτῷ διετάττετο· ἡ δὲ τὸν λόγον ἀκούσασα, καὶ τῇ στρωμνῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀτενίζουσα, ἰσχάδα κειμένην ἐν αὐτῇ κατενόησεν· καὶ ταύτην εὐθέως ἁρπάσασα, ἔτι λέγοντι τῷ ἀνδρὶ καὶ διηγουμένῳ τὴν ὅρασιν ὑπεδείκνυεν· ὁ δὲ τὴν ἰσχάδα δεξάμενος, ταύτην εἶναι τὴν καθ' ὕπνους αὐτῷ δοθεῖσαν ἀπήγγελλεν, καὶ τὴν προτέραν χαρὰν εὐθὺς ἀνελάμβα-

runt, quae posset eum ab aegritudine vel potius ab inferno reducere. Qui expergefactus, visio (1) enim erat quam viderat, eandem caricam se tenere putabat; et hanc non inveniens, tanquam et vitam amitteret, desperabat. Verum ad se suam coniugem vocans, quaeque viderat enarravit, et caricam sibi afferre mandabat; illa vero sermones eius suscipiens, et stratum eius conspiciens, caricam in eo iacentem considerat, quam confestim arripiens, adhuc loquenti viro et somnium enarranti monstravit; quam ille suscipiens, hanc esse, quae in somnio ei data est, astruebat; et

(1) Ergo Bonifatius interpres legebat heic ὕπαρ, non ὄναρ. Confer p. 116.

νεν· φαγὼν δὲ τὸ σῦκον ὅπερ αὐτῷ πρὸς σωτηρίαν οἱ μάρτυρες ἔδωκαν, τῆς σωτηρίας ἐτύγχανεν· ἔτι γὰρ τοῦτο διαμασαμένου καὶ τρώγοντος, τὰ τῆς ἐμφράξεως πέρας ἐλάμβανεν· καὶ θᾶττον αὐτοῦ λυθέντος τὸ τὴν γαστέρα δεσμεύον, εἰς ἀφεδρῶνας ἐλθεῖν κατεπείγετο· εἰς οὗσπερ ἐλθὼν καὶ πᾶσαν ἀποκρίνας τὴν ὕλην ἣν ἔνδον ἐμφραχθεὶς ἐθησαύρισεν, εἰς τοσοῦτον κατέστη λεπτότητος εἰς ἥνπερ ἦν πρὶν ἢ πάθη τὴν ἔμφραξιν· καὶ τελείας τυχὼν τῆς ἰάσεως, κήρυξ εὐγνώμων τῆς τῶν ἁγίων ἐγένετο χάριτος· ἐπ' ὤμων γὰρ ἄρας τὸ κράβατον, ἐφ' οὗπερ ἦλθεν φερόμενος, ἐῤῥωμένος εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἔτρεχεν, ἔργῳ ζηλώσας τὸν ἐν τῇ προ-

prius gaudium confestim recipiens, dum ficum ipsam comedit, quam ei ad salutem martyres dederant, sanitatem adeptus est. Dumque adhuc eam manderet atque comederet, enphraxis illa ad transitum venerat. Statim quippe resoluto ventris vinculo ad recessum compellebat adduci, ad quem pertransiens, omnemque illuviem excreans, quam passus conclusionem reconderat *, ad tantam subtilitatem reductus est, quantam et prius quam concluderetur, habuerat; perfectaque salute potitus, fidelis praeco gratiae martyrum factus est. Atque in humeris lectulum sumens, in quo ad veniendum subvectus est, discurrit in Ale-

* ita cod.

βατικῇ κατακείμενον ἄῤῥωστον, ὃν ὁ Χριστὸς μετὰ ἔτη θεραπεύσας ὀκτὼ καὶ τριάκοντα, τὴν κλίνην αἴρειν ἐκέλευσεν, πᾶσιν βοῶν τῶν ἁγίων τὴν ἄφραστον δύναμιν, καὶ τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ παραδόξως προελθοῦσαν ἐνέργειαν.

ϛ. ΠΕΡΙ ΓΕΔΔΑΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΥΛΟΜΑΧΟΥ ΤΟΥ ΕΣΧΗΚΟΤΟΣ ΤΗΝ ΣΥΡΙΓΓΑ.

Ἐκ τοῦδε ἡμᾶς τοῦ θεάματος, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ θεωρίαν ὁ ναυλομάχος ἐφέλκεται, ᾧ Γεδδαῖος μὲν ἦν ὄνομα, πάθος δὲ τὸ τῆς σύριγγος νόσημα, ὅπερ ἐπὶ τοῦ βούβωνος ἐσχηκὼς, ὡς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ἐδαμάζετο, ἀεὶ δι᾽ αὐτοῦ μαστιζόμενος, καὶ κρουνηδὸν ἀποῤῥέων τὴν ἐκ

xandriam, illum opere acmulatus, qui in probatica piscina languens iacuerat, quem Christus post triginta et octo annos salvificans, tollere grabatum ipsum iusserat; ineffabilem sanctorum virtutem vociferans omnibus, et opus admirabile quod in eo pertulerant.

6. DE GEGDAEO NAULOMACHO QUI FISTULAM HABUIT.

Ex hoc spectaculo, ad sui considerationem nos naulomachus adtrahit, cui Gegdaeus quidem fuerat nomen, passio vero, fistulae languor, quem habens in inguine sicut dici non est afflictus est, ex eo iugiter flagella perpetiens humoris effluen-

παντὸς τοῦ σώματος ἐν αὐτῷ συναγομένην ὑγρότητα· ἀλλὰ ταύτης ὁ Γεδδαῖος ἀπαλλαγῆναι τῆς μάστιγος ὡς γλιχόμενος παντοίως τὰ τῶν ἰατρῶν κατέτριβεν πρόθυρα· πρὸς ἐκείνους θειάζων καὶ συχνὰ προερχόμενος, οἱ τῶν πλειόνων διαφέρειν ἐλέγοντο· ὡς δὲ πάντων πειραθεὶς, τῆς ὑγείας οὐκ ἔτυχεν, καὶ πάντα δαπανήσας οὐκ ἠλευθερώθη τῆς σύριγγος, ἐπὶ τὸ τῶν ἁγίων ἔρχεται τέμενος, οὐκ ἔχων ἰατρὸν ᾧ σχολάσει, δι' ἄκεσιν, καὶ οὐκ ἔχων ἀργύριον ᾧ χρήσοιτο πρὸς ἐπίδοσιν, ἀλλὰ τούτους ἡγούμενος ἰατροὺς μισθωμάτων ἀποροῦντας ὑπάρχοντας· ἀξιωθεὶς δὲ τῆς τῶν μαρτύρων ἀγαθῆς ἐπισκέψεως, ἤκουσεν δι' ὁράματος τὸ τῆς σύριγγος φάρμακον·

tibus guttis ibidem ex toto corpore recollecti. Sed Gegdaeus de hoc supplicio eximi penitus cupiens, medicorum adterebat vestibula, frequentans et iugiter procedens ad eos, qui multis praeferendi dicebantur. Dum omnium vero experientiam accepisset, et salutem non percepisset, omniaque impendens non fuisset liberatus a fistula, ad sanctorum venit basilicam, non habens medicum ad quem continuasset ob curam, nec argentum habens quod praerogaret in usibus; sed eos hos aestimans medicos qui non egent mercedibus et inopes nutriunt (1), benignam martyrum visitationem

(1) Ergo in graeco textu deest aliquod vocabulum.

τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἐκ σισάμου καὶ μέλιτος σύνθημα, ἄρτῳ παξαμήτῃ μιχθὲν διὰ τρίψεως, καὶ ἓν ἐξ ἀμφοῖν χρηματίσαν κατάπλασμα, ὃ καὶ χρίσασθαι προσετέτακτο, εἴς τε τὴν τῆς σύριγγος ἀπορίζωσιν, καὶ εἰς τὴν τοῦ τραύματος ἀναπλήρωσιν· ὁ δὲ τὸν ὕπνον ἀποσεισάμενος, θᾶττον τὸ λεχθὲν διεπράττετο, καὶ τῇ πράξει σύνδρομον ἐκαρποῦτο τὴν ἴασιν· βληθέντος γὰρ αὐτῷ τοῦ κραταιοῦ βοηθήματος, ἥ τε σύριγξ εὐθὺς ἀνεπήδησεν τὸ τῶν ἁγίων γνωρίσασα πρόσταγμα, καὶ ὁ τῆς σύριγγος βόθυνος ἐγεμίζετο τῶν μαρτύρων μαθὼν τὸ παράγγελμα.

promeritus, audit per visionem huius fistulae medicinam. Hoc autem erat de sisamo et melle cum paxematico pane commixto atque contrito compositum, et unum ex utrisque confectum cataplasma; quo uti praecipitur, tam ad eradicandam fistulam, quam etiam ad complendum vulnus. Qui somnium excutiens, cito quod dictum est peragit. Et cum fecisset, medelam facto concurrentem adeptus est. Mittens quippe illud fortissimum adiutorium, et fistula confestim exiliit praecepto sanctorum recognito, et fistulae cavitas statim repleta est martyrum mandatis obediens.

ζ. ΠΕΡΙ ΜΗΝΑ ΤΟΥ ΙΜΑΝΤΟΠΟΔΟΣ.

Ἡμεῖς δὲ τῶν θεσπεσίων τούτων ἰατρῶν τὴν ἐπιστήμην θαυμάσαντες, καὶ τὴν ἐκ θεοῦ χαρισθεῖσαν αὐτοῖς ἀνυμνήσαντες δύναμιν, ἐπὶ Μηνᾶν μετέλθωμεν τὸν λουρόποδα, καὶ τοῦτον ὑπόθεσιν τῆς εἰς τοὺς ἁγίους ᾠδῆς ποιησώμεθα· ὠκύπους ἦν ὁ Μηνᾶς ὥσπερ μία δορκὰς ἐν ἀγρῷ, κατὰ τὸ θεόπνευστον λόγιον, τὸν Ἀσαὴλ ἐκεῖνον μιμούμενος, τὸν ἐπὶ τάχει ποδῶν παρὰ τῇ γραφῇ θαυμαζόμενον, καὶ δρόμοις ὀξυτάτοις ἐκέχρητο· νόσῳ δὲ προσομιλήσας μακρᾷ,

7. DE MENNA LORDO. (1)

Nos autem divinorum horum medicorum disciplinam admirantes, et virtutis gratiam quae eis adeo concessa est collaudantes, ad Mennam lordum transibimus, hunc canendis martyribus materiem facientes. Velox pedibus erat Mennas, tamquam si una caprea in agro, iuxta divinum eloquium Asahel illum aequiperans, qui pro velocitate pedum in scripturis est admirabilis. Qui dum velocissimis cursibus uteretur, in longam aegritudinem irruens, in loripedem conversus est

(1) Codex heic mendose *lardo*, sed infra *lordum*. Est autem ex graeco λορδὸς *curvus*. Hinc verbum *lordicare*, *dorso curvato incedere*, apud Cangium. Mihi omnino placeret *loripes*, ut scribit paulo infra ipsemet interpres.

εἰς λουρόποδα μετέπεσεν ἐξ ὠκύποδος· καὶ τῆς μὲν νόσου μόλις ποτε τῆς μακρᾶς ἐπελήλατο, τοῦ δὲ ταύτης οὐκ ἐλυτροῦτο γεννήματος· καὶ λυτρωθεὶς τοῦ νοσήματος, τῶν ἰατρῶν μὲν πρὸς μὲν τὸ μακρὸν ἀνδρισαμένων ἀῤῥώστημα, ἀπειπαμένων δὲ πρὸς τὴν ἐκ τῆς νόσου τεχθεῖσαν ἀσθένειαν, εἰς μνήμην ὁ Μηνᾶς τῆς τῶν ἁγίων ἔρχεται χάριτος· καὶ πίστιν ἔχων τῆς σωτηρίας ἐφόδιον, ἑτέρων ποσὶ βασταζόμενος, τὸν τούτων οἶκον κατέλαβεν· ἐν ᾧ γεγονὼς, καὶ σωτηρίους λιτὰς προσενέγκας τοῖς μάρτυσιν, ἐλαίῳ τοὺς πόδας ἀλείφειν προστάττεται, τῷ φωτὶ τῶν νυκτερινῶν τὴν σορὸν αὐτῶν καταυγάζοντι·

de aeripede (1). Et de longa quidem vix tandem est exiliit aegritudine: non tamen evasit (huius) progeniem; sed immobilis permansit in lectulo, etiam ereptus de aegrimonio. Medicis vero longam quidem infirmitatem vincentibus, desperantibus autem aegritudinem, quae ex morbo illo progenita fuerat, Mennas ad recordationem gratiae sanctorum conversus est; et fidem habens salutis stipendium, aliorum pedibus deportatus ad confessionem eorum pervenit. In qua positus, et salutares preces martyribus offerens, oleo ungere pe-

(1) *Aeripedem* explicat noster interpres ὠκύποδα, id est *velocem*. Videntur ergo corrnere quae scholiastae sibi confingunt de cerva *aeripede*, quasi *pedibus aereis praedita* apud Virgilium aen. VI. 804.

καὶ τοῦτο Μηνᾶς πεποιθότως ποιούμενος, τῶν ποδῶν τὴν ἀργείαν ἀπέῤῥιπτεν, καὶ τὴν παλαιὰν ὠκύτητα προσελάμβανεν· καὶ τοῖς ἁγίοις ᾄσας ᾠδὴν χαριστήριον, οἰκείοις ποσὶ τὴν εἰς Ἀλεξάνδρειαν τρίβον διήνυσεν.

η. ΠΕΡΙ ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΟΙΚΟΝΟΜΟΥ ΕΝ ΠΛΩι ΤΙΝΙ ΤΗΣ ΛΙΜΝΗΣ ΚΙΝΔΥΝΕΥΣΑΝΤΟΣ, ΚΑΙ ΕΚ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΛΟΥ ΑΗΔΙΑΣ ΕΚΒΡΑΣΑΝΤΟΣ.

Τί δὲ καὶ τίνος ἄχρι καταλείψομεν τὸν Χριστόδωρον, ὃς ᾠκονόμει τῶν ἁγίων τὸ τέμενος; ἀξιομνημόνευτος γὰρ ὁ ἀνὴρ, οὐ δι' ἀρετὴν μόνην ἣν κέκτηται, λίαν γάρ ἐστιν φιλάρετος καὶ

des praecipitur, quod in nocturno lumine confessionem eorum splendificat; quod Mennas confidenter efficiens, pedum inertiam abicit, et velocitatem pristinam recipit: sanctisque canens canticum gratiae, propriis pedibus Alexandriae iter profectus est.

8. DE CHRISTODORO OECONOMO QUI PER STAGNUM NAVIGANS PERICLITATUS EST, ET DUM DE NAVIGATIONIS MOLESTIA AEGROTASSET, IN MORBUM INCIDIT.

Quoadusque relinquimus Christodorum, qui dispensavit sanctorum basilicam? Dignus quippe memoria vir iste est, non solum propter virtutem quam possidet, nimis quippe est probus et

φιλόλογος, καὶ ἣν πρὸς τοὺς ἁγίους ἔχει σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῶν μαρτύρων εὐμήνειαν, ἀλλ' ἵνα καὶ γινώσκειν ἔχοιεν, οἱ Κύρου καὶ Ἰωάννου τοῖς θαύμασιν ἐντυγχάνοντες, καθ' ὃν ταῦτα καιρὸν ἀνεγράφησαν, θεοῦ τοῦτο κελεύοντος, καὶ συνεργούντων τῶν δεδρακότων καὶ δρώντων τὰ θαύματα. Εὐλόγιος μὲν γὰρ ὁ ἀοίδιμος τῆς ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ὁ ἡγούμενος, τῆς ἐκκλησίας οἰκονομεῖν τῶν ἁγίων τὰ πράγματα προβάλλεται τὸν Χριστόδωρον, τὴν εἰρημένην πρὸ τούτου κατὰ τὸν οἶκον Ἰωάννου τοῦ προδρόμου βραβεύοντα· καὶ Θεόδωρος δὲ ὁ μακάριος ὁ μετ' Εὐλόγιον τὰ τῆς καθέδρας διαδεξάμενος, τοῦτον ἐπὶ τὴν ποίμνην εἶναι ἐκέλευσεν· οἷς καὶ Ἰωάννης ὁ κατ' ἐξοχὴν χρημα-

eloquens, sed et propter studium quod circa sanctos habet ac diligentiam, et martyrum erga eum clementiam, sed etiam ut cognoscere valeant, qui Cyri et Iohannis miracula perlegunt, quali conscripta sint tempore, Deo hoc iubente, et cooperantibus his, qui haec et operati sunt et operantur miracula. Eulogius quidem memorabilis alexandrinae praesul ecclesiae ad dispensandas res sanctorum promovit Christodorum, qui ante hoc basilicam iremen *, quae est Iohannis praecursoris, dispensaverat. Sed et beatus Theodorus, qui post Eulogium sedis habenas susceperat; cum qui-

* ita cod.

τίζων φιλόπτωχος (1) τὴν αὐτῶν ἀρχὴν σὺν θεῷ κληρωσάμενος, καὶ νέμων αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος τὰ πρόβατα, σύνψηφος γέγονεν, καὶ διοικεῖν αὐτὸν τὸ τῶν ἁγίων ἐθέσπισε τέμενος· ἐφ' οὗ καὶ τὰ τοῖς μάρτυσι δρώμενα γράφεται τέρατα, καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς παραπέμπεται, εὐφημίας τῆς εἰς τοὺς δράσαντας ἕνεκα, καὶ χριστιανικοῦ χάριν φρυάγματος.

Μαρείαν τὴν λίμνην ἴστε φιλόχριστοι ἀλεξανδρεῖς μὲν πάντως ἅπαντες, αἰγυπτίων δὲ οὐκ

bus et Iohannes, qui per praelationem amator pauperum appellari promeruit, qui et pontificatum eorum a Deo sortitus est, et usque ad praesens oves eorum regit, pari sententia hunc dispensatorem sanctorum sanxit basilicae; sub quo haec quae a martyribus gesta sunt, describuntur prodigia, et posteris commendantur, ad laudem eorum qui haec operati sunt, et propter gratiam potentiae christianae.

Mareiam stagnum nostis, qui Christum diligitis, Alexandrini quidem omnes omnino, Aegy-

(1) Loquitur Sophronius de Iohanne eleemosynario coaetaneo familiarique suo, cuius etiam vitam conscripsit, desideratam hactenus; sed eius in locum successit illa notissima et passim obvia a Leontio cyprio composita. Quoniam vero ait Sophronius se haec scripsisse, episcopatum Alexandriae gerente Iohanne, sequitur ut scripserit intra decennium, ab anno Christi 610 ad 620, quo spatio episcopatum Iohannis conclusum fuisse scimus.

ὀλίγοι, καὶ Λιβύων οἱ πλείονες, καὶ ὅσοι τὴν Ἀλεξάνδρειαν φιλομαθῶς ἱστορήσατε· ταύτην ὁ Χριστόδωρος ἔπλεεν, εἰς Μαρεώτην ἐλθεῖν προαιρούμενος, καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἐπισκέψασθαι κτήματα· χειμῶνος δὲ τὸν ἀέρα συγχύσαντος, τούτου γὰρ ὁ καιρὸς ἐπεφαίνετο, καὶ τὸ τῆς λίμνης κυκλοῦντος ὑδάτιον, καὶ κύματα σκληρὰ διεγείραντος, τό τε σκάφος τῇδε κἀκεῖσε τῷ κλύδωνι περιήγετο, ὀρθοπλοεῖν οὐ δυνάμενον, ἀλλ' ἐκ κυμάτων εἰς κύματα σφαιριζόμενον, ὁ Χριστόδωρος ἐκινδύνευε, καὶ θανεῖν κλαίων ἐλεεινῶς ὑπελάμβανεν, καὶ ἰχθύων τροφὴ προσεδόκησεν γίνεσθαι, ἐναποψύξας τοῖς ὕδασιν, ὅτε καὶ κροκοδείλων διαφύγοι τὰ στόματα· ἀλλὰ

ptiorum vero non pauci, et Libyci plurimi, et quique Alexandriam curiose describitis. Hoc stagnum Christodorus navigans, in Mareotem ire delegerat; tempestatem vero aërem confundente, quia et tempus hiemis videbatur, et stagni aquas turbaverat, atrocesque concitaverat fluctus, navis quidem huc illucque deducebatur a fluctibus, rectum navigare non praevalens; sed in fluctus circumferebatur protinus ex fluctibus, submergique credebatur. Periclitatus autem Christodorus, emori se miserabiliter existimabat, cibumque se fieri piscium expirantem in fluctibus; quando et dentes crocodilorum effugeret. Sed priusquam ali-

πρὶν ἤ τί τῶν τοιούτων ὑποσῇ, πρὸς τοὺς ἁγίους ταῖς ἱκεσίαις ἐτρέπετο· τοῦτο σαφῶς ἐπιστάμενος, ὡς καὶ θανάτου ῥύεσθαι οὓς ἂν ἐθέλοιεν δύνανται, καὶ σώζειν αὐτὸν ἐλιτάνευεν, αὐτῶν ἕνεκα κινδυνεύοντα· οἱ δὲ τῆς ἱκετείας ἀκούσαντες, θᾶττον ἐπέστησαν· εἴργει γὰρ αὐτῶν τὴν ἀρωγὴν καὶ τὴν ἀνεξίκακον ἄφιξιν τόπος οὐδεὶς, οὐ χερσαῖος οὐ λιμναῖος οὐδὲ πάλιν θαλάττιος, οὐ πλησίον συγκείμενος, οὐ μακρὰν ἀφεστὼς διαστήμασιν, ἀλλ' εἰς ὅπου περ ἂν αὐτοὺς τίς πρὸς συμμαχίαν καλέσειεν, εὐθέως ἐφίστανται· καὶ βοηθοῦσιν αὐτῷ καὶ σώζουσιν καὶ φυλάττουσιν· καὶ κἂν ἐχθρῶν ἢ νοητῶν ἡ ἐπέλευσις, συνπολεμοῦσιν αὐτῷ· καὶ τὸν πρὸς

quid huiusmodi sustineret, ad sanctorum invocationem conversus est; manifeste cognoscens quod et a morte liberare quos voluerint valeant, et salvari se supplicabat, propter eos sustinentem periculum. Cuius illi deprecatione suscepta, adsistunt celeriter; nullus quippe locus adventum eorum et salutare praesidium prohibet, non terra, non stagnum, neque mare, non in propinquo positus locus, non longe distentus spatiis, sed ubicumque eos quisquam ad auxilium invocaverit, confestim adsistunt et adiuvant et salvificant et custodiunt. Sive enim intelligibilium inimicorum incursus sit, simul pugnant cum eo, et conflictum

τούτοις αὐτοῦ νικήσαντες πόλεμον, ἐκείνους μὲν μετ' αἰσχύνης διώκουσιν, νικηφόρον δὲ διεκνύουσι τὸν καλέσαντα· κἂν ἀνθρώπων ἢ κακοπραγῶν ἡ ἐπήρεια, εὐμαρῶς αὐτὴν διαλύουσιν· κἂν θηρίων ἢ κακοτρόπων ἡ ἔφοδος, τὴν σωτηρίαν βραβεύουσιν· κἂν παθῶν ἢ δριμεῖα καὶ ἄστεκτος βάσανος, κατευνάζουσιν καὶ ὡς προσηνεῖς ἰατροὶ θεραπεύουσιν· ἢ ἂν ἐν ὕδασιν ἢ λιμναίοις ἢ θαλαττίοις ὁ κίνδυνος, γαλήνην χαρίζονται καὶ λυτροῦνται τοὺς σέβοντας· ὡς καὶ τότε Χριστοδώρῳ φανέντες καλέσαντι, ὁ μὲν ἠρεμεῖν τοῖς ἀνέμοις ἐκέλευσεν, ὁ δὲ ἡσυχάζειν ἐπετίμα τοῖς ὕδασιν, κοινῶς δὲ τὴν εὐδίαν τοῦ ἀέρος ἁπλώ-

* ita cod. eius victricem * efficiunt; illos quidem confundentes ac persequentes, victorem autem qui invocaverit demonstrantes: seu hominum malignorum tentatio fuerit, hanc facile dissipant; sive etiam bestiarum pessimarum contingat incursus, salutem impertiunt. Ita quoque etiam languorum acerrimos et intolerabiles cruciatus mitigant, et tamquam benigni medici sanando subveniunt. Vel si in aquis tam stagnalibus quam marinis discrimen immineat, serenitatem impertiunt et se venerantes eripiunt. Sicut tunc apparentes invocanti Christodoro, hic quidem ventis recedere, ille praecepit aquis quiescere; communiterque serenitatem aëris, et fluctuum substernentes, ra-

σαντες, καὶ τοῦ ῥεύματος τὸ σκάφος ἐν γαλήνῃ πλεῖν κατιθύναντες, τὸν σοφὸν αὐτῶν λειτουργὸν διεσώσαντο, δείξαντες ἐναργῶς ὅσον ὀφελοῦσιν πρὸς συμμαχίαν καλούμενοι· καὶ τοῦτο διδάσκειν τοὺς οὐ γινώσκοντας πιστοὺς ὑποθέμενοι, ἵνα ἐν ἀνάγκαις αὐτοὺς καὶ κινδύνοις ἀρωγοὺς προσκαλούμενοι, εὕροιεν αὐτῶν τὴν ποθουμένην ἀντίληψιν, καὶ τῶν παρόντων δεινῶν τὴν βλαπτικωτάτην ὀργὴν διαφύγοιεν.

Καὶ τοῦτον μὲν οὕτω τὸν ἀμείλικτον θάνατον ὁ Χριστόδωρος ἀπεσείσατο, σύνδρομον τῆς ἱκετείας εὑρὼν τὴν πανσθενῆ τῶν ἁγίων βοήθειαν· ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ πλοῦ δυσκινήσεως τῆς τε τῶν ἀέρων ἀνυποίστου συγχύσεως, καὶ τῆς

tem dirigunt navigatione tranquilla, ut ministrum proprium salvassent; opere demonstrantes quantum prosint ad auxilium invocati; et hoc fideles scire, qui necdum cognoverant suadentes, ut in necessitatibus eos atque ex periculis ad auxilium invocantes, optabile eorum adipiscantur praesidium, imminentiumque discriminum noxium incursum effugiant.

Et de hac quidem inmiti morte ereptus Christodorus, concurrens precibus suis promeruit omnipotens sanctorum praesidium. De quassatione vero turbulenti navigii et intolerabili aëris confusione, atque undarum illisionibus validis ad

τῶν κυμάτων ἀγρίας προσκρούσεως, ἀνομαλήσας ἀκρώτατα, καὶ δύσκρατος ἐκ τούτου γενόμενος, εἰς ἀῤῥωστίαν ἐνέπεσεν ἄστεκτον· δι' ὅλου γὰρ ἐκβράσας τοῦ σώματος, τῆς ἐγκειμένης ὕλης συγκινηθείσης καὶ εἰσβλυσάσης τρόπον τινὰ ἐπὶ τὴν τοῦ σώματος ἐπιφάνειαν, χαλεπῶς ἐκινδύνευε, εἰ καὶ μὴ οὕτως ἐλεεινῶς ὡς τὸ πρότερον· τεθνάναι μὲν γὰρ πάντως ἅπαντες ἔχομεν, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὃς ταύτην τὴν ὁδὸν οὐκ ὁδεύσειεν· τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσηται, φησὶν, καὶ οὐχ ὄψεται θάνατον; μία γὰρ πάντων εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδός τε ἴση· εἰρηναίως τε πῶς τοῦτο παθεῖν ἱκετεύομεν, ἐπεὶ πάσης ὁ θάνατος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἔστιν

magnam deductus molestiam, et ex hoc inaequalis effectus, gravem aegritudinem incidit; toto quippe fervescens in corpore, dum internus humor in eo commoveretur et efflueret quodammodo per totius corporis superficiem, graviter periclitabatur; et si non ita miserabiliter, ut antea mori, quippe omnibus prorsus incumbit, et non est quisquam qui hoc iter non transeat; quis enim est homo qui vivat, inquit, et non videat mortem? Unus est enim omnium introitus ad vitam et exitus idem est; in pace tamen hoc nos perpeti deprecamur. Namque mors totius est humanae naturae sententia; cum quocumque vero terrore et

ἀπόφασις· ἀπευχόμεθα δὲ τὴν μετὰ δέους ἐντεῦθεν τινὸς καὶ ταραχῆς ἀναχώρησιν, καὶ μάλιστα τὴν συμβαίνουσαν ἐν ὕδασιν ἔξοδον· ὃ καὶ Δαβὶδ ᾐτήσατο προσευχαῖς ὁ θαυμάσιος, μή με καταποντισάτω βοῶν καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθὸς, μὴ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ· καὶ Ἀμβακοὺμ δὲ τὰ παραπλήσια προσευχόμενος φαίνεται· μὴ ἐν ποταμοῖς ὀργισθῇς κύριε, ἢ ἐν ποταμοῖς ὁ θυμός σου, ἢ ἐν θαλάσσῃ τὸ ὅρμημά σου; τὸ μὲν γὰρ δοκεῖ τὴν ἐκεῖσε θείαν ἡμῖν προμηνύειν εὐμένειαν· τὸ δὲ τὴν τοῦ προκρίναντος ὀργὴν ἀκατάσβεστον, εἰ καὶ πολλοὶ μὲν ἐσθλοὶ δυσθανεῖς ἐν βίῳ γεγόνασιν, πολλοὶ δὲ κακοὶ τέλος ἐσχήκασιν ἥδιστον· ὅπερ θεῷ μέν ἐστιν φανερὸν

perturbatione hinc nos abscedere, maximeque violentum illum in fluctibus obitum execramur. Quod et David admirabilis in orationibus obsecrat; non me demergat, exclamans, tempestas aquae, neque urgeat super me puteus os suum. Et Abbacum similia deprecatus ostenditur: numquid in fluminibus furor tuus? aut in mari impetus tuus? Illud quidem putatur divinam nobis exinde pronunciare clementiam, hoc autem iudicis inextinguibilem iram; licet multi bonae vitae male sunt mortui, multique mali tranquillam mortem habuerunt. Quod Deo quidem manifestum est, qui

τῶν κυμάτων ἀγρίας προσκρούσεως, ἀνομαλήσας ἀκρώτατα, καὶ δύσκρατος ἐκ τούτου γενόμενος, εἰς ἀῤῥωστίαν ἐνέπεσεν ἄστεκτον· δι' ὅλου γὰρ ἐκβράσας τοῦ σώματος, τῆς ἐγκειμένης ὕλης συνκινηθείσης καὶ εἰσβλυσάσης τρόπον τινὰ ἐπὶ τὴν τοῦ σώματος ἐπιφάνειαν, χαλεπῶς ἐκινδύνευε, εἰ καὶ μὴ οὕτως ἐλεεινῶς ὡς τὸ πρότερον· τεθνάναι μὲν γὰρ πάντως ἅπαντες ἔχομεν, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὃς ταύτην τὴν ὁδὸν οὐκ ὁδεύσειεν· τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσηται, φησὶν, καὶ οὐχ ὄψεται θάνατον; μία γὰρ πάντων εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδός τε ἴση· εἰρηναίως τε πῶς τοῦτο παθεῖν ἱκετεύομεν, ἐπεὶ πάσης ὁ θάνατος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐστιν

magnam deductus molestiam, et ex hoc inaequalis effectus, gravem aegritudinem incidit; toto quippe fervescens in corpore, dum internus humor in eo commoveretur et efflueret quodammodo per totius corporis superficiem, graviter periclitabatur; et si non ita miserabiliter, ut antea mori, quippe omnibus prorsus incumbit, et non est quisquam qui hoc iter non transeat; quis enim est homo qui vivat, inquit, et non videat mortem? Unus est enim omnium introitus ad vitam et exitus idem est; in pace tamen hoc nos perpeti deprecamur. Namque mors totius est humanae naturae sententia; cum quocumque vero terrore et

ἀπόφασις· ἀπευχόμεθα δὲ τὴν μετὰ δέους ἐνθένδε τινὸς καὶ ταραχῆς ἀναχώρησιν, καὶ μάλιστα τὴν συμβαίνουσαν ἐν ὕδασιν ἔξοδον· ὃ καὶ Δαβὶδ ᾐτήσατο προσευχαῖς ὁ θαυμάσιος, μή με καταποντισάτω βοῶν καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθὸς, μὴ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ· καὶ Ἀμβακοὺμ δὲ τὰ παραπλήσια προσευχόμενος φαίνεται· μὴ ἐν ποταμοῖς ὀργισθῇς κύριε, ἢ ἐν ποταμοῖς ὁ θυμός σου, ἢ ἐν θαλάσσῃ τὸ ὅρμημά σου; τὸ μὲν γὰρ δοκεῖ τὴν ἐκεῖσε θείαν ἡμῖν προμηνύειν εὐμένειαν· τὸ δὲ τὴν τοῦ προκρίναντος ὀργὴν ἀκατάσβεστον, εἰ καὶ πολλοὶ μὲν ἐσθλοὶ δυσθανεῖς ἐν βίῳ γεγόνασιν, πολλοὶ δὲ κακοὶ τέλος ἐσχήκασιν ἥδιστον· ὅπερ θεῷ μέν ἐστιν φανερὸν

perturbatione hinc nos abscedere, maximeque violentum illum in fluctibus obitum execramur. Quod et David admirabilis in orationibus obsecrat; non me demergat, exclamans, tempestas aquae, neque urgeat super me puteus os suum. Et Abbacum similia deprecatus ostenditur: numquid in fluminibus furor tuus? aut in mari impetus tuus? Illud quidem putatur divinam nobis exinde pronunciare clementiam, hoc autem iudicis inextinguibilem iram; licet multi bonae vitae male sunt mortui, multique mali tranquillam mortem habuerunt. Quod Deo quidem manifestum est, qui

τῷ τὰ καθ' ἡμᾶς σοφῶς πρυτανεύοντι, ἡμῖν δὲ παντελῶς ἀκατάληπτον καὶ πρὸς εἴδησιν ἄγνωστον· οὐδεὶς γὰρ ἔγνω νοῦν ἢ βουλὴν κυρίου, οὐδὲ σύμβουλος αὐτοῦ τῶν κτισμάτων ἐγένετο· ἐν θαλάττῃ γὰρ τὰς ὁδοὺς τῆς τοῦ παντὸς διοικήσεως ἔθετο, καὶ τὰς τρίβους ἐν ὕδασι πλείοσιν· ὅθεν ἀκολούθως καὶ τὰ ἴχνη σου φησὶν οὐ γνωσθήσονται.

Ἐκινδύνευεν μὲν οὖν, ὡς ἔφθην εἰπὼν ὁ Χριστόδωρος τῇ τῶν ἐκβρασμάτων φορᾷ κυμαινόμενος καὶ τῇ τῆς ὕλης ἐκροῇ συνπνυΐόμενος· ὅτε καὶ τῶν ἀσκληπιάδων συνδραμόντες οἱ ἄριστοι, πλεῖόν τι δρᾶν ἢ λέΐειν οὐκ ἴσχυον, ἢ ὡς πάντῃ τε καὶ πάντως τεθνήξεται, καὶ ὡς αὔριον

Tertio autem ad ipsum sanctis dicentibus, et comperto ille quod nisi hoc faceret, sanitatem non esset impetraturus amatam, valde mane surrexit e lectulo, et ad ostensam sibi portam pervenit;

τιώτην δέ τινα κατὰ τὴν πύλην αὐτῷ συναντήσαντα, καὶ τῇ μὲν παλάμῃ ῥάβδον βαστάζοντα, τῇ δὲ καρδίᾳ τὸν θυμὸν ὡσαύτως κατέχοντα, ῥαπίζει σφόδρα κατὰ τῆς σιαγόνος τὴν πληγὴν ποιησάμενος· ὁ δὲ στρατιώτης μελλήσας οὐδὲν, ἀλλὰ σύνδρομον τῷ ῥαπίσματι τὴν ἑαυτοῦ ποιούμενος ἄμυναν, τὴν βακτηρίαν εὐθὺς ἀνατείνεται καὶ τὸν ῥαπίσαντα ταύτῃ κατὰ τοῦ κράνους ἀντέπληξεν στερεωτέραν πάνυ πληγὴν ὡς χρὴ ῥαπίζειν ἧς ἔλαβεν. Παῦλος δὲ τὴν πληγὴν κατὰ τῆς κεφαλῆς τοσαύτην δεξάμενος πίπτει χαμαὶ τραυματίας γενόμενος, καὶ βρύων αἵματί τε καὶ σκώληξι, καὶ πάντας ἀποβαλὼν τοὺς ἔνδον ὑπάρχοντας, σκώληκας πολλούς τε

militem vero quendam iuxta portam obviam sibi venientem, qui virgam quidem in manu tenebat, sed furorem in corde minime continebat, valida cecidit alapa, plagam in maxilla vehementissimam faciens. Miles autem nihil omnino neglegens, sed sui cursim pro alapa retribuens ultionem, baculum confestim extendit, et eum qui se percusserat, hoc in capite repercussit, fortiorem plagam ea quam manu acceperat infligere baculo satagens. Paulus sane huiusmodi plaga recepta in capite, cadit in terram vulneratus effectus, et sanguinem ac vermes effundens; nam omnibus, quos habuerat introrsum, eiectis, licet multi fue-

λίαν ὑπάρχοντας καὶ ἀφειδῶς αὐτὸν κατεσθίοντας, ἀπηλλάττετο τοῦ νοσήματος, ἀπαλλαγὴν εὑρὼν ἀπροσδόκητον, πληγῇ χαρισθεῖσαν καὶ τραύματι· καὶ τὸ τραῦμα δὲ θᾶττον ἰάθη· οὐ γὰρ τραῦμα τοῦτο ἂν εἴποιμεν, ἀλλὰ τραύματος φάρμακον, καὶ νόσου βοήθημα, καὶ παθήματος ἔμπλαστρον, καὶ κακώσεως ἴασιν· καὶ τελείαν τὴν ῥῶσιν δρεψάμενος, ὕμνον εἰπὼν εἰς τοὺς μάρτυρας, καὶ θεὸν ἀνυμνήσας, ὡς ἔπρεπεν, τὸν δι' αὐτῶν δεδρακότα τὴν ἴασιν, ᾤχετο· ἀφορμὴ καὶ ἡμῖν χρηματίσας καὶ πρόφασις τῆς εἰς Χριστὸν ᾠδῆς καὶ τοὺς μάρτυρας.

rint, et non parcentes se devoraverint, redimitur a languore, redemptionem insperatam reperiens, plagam sibi donatam e vulnere. Porro maturius sanitatem vulneris consecutus est. Non autem hoc vulnus merito dixerim, sed remedium vulneris, et languoris auxilium, et passionis emplastrum ad sanitatem afflictionis. Et perfecta sospitate recepta, hymnum dixit in martyres; Deumque, qui per eos sanitatem patraverat, decentissime laudans, profectus est; fomes nobis effectus atque occasio in Christum canendi cantici et in martyres.

ιθ. ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΙΔΟΣ ΤΗΣ ΕΧΟΥΣΗΣ ΤΟΝ ΚΑΡΚΙΝΟΝ.

Ἓν τῶν θαυμάτων γινέσθω καὶ τῆς Στεφανίδος ἡ παράδοξος ἴασις, καὶ μηδεὶς ἀπιστείτω τῷ θαύματι, τῶν ἁγίων τὸ σθένος σταθμώμενος, καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς ἐπιστάμενος, οἳ νόσημα πᾶν θεραπεύουσιν καὶ ῥῶσιν δι' οἶκτον χαρίζονται πᾶσιν τοῖς πιστῶς αὐτοῖς προσπελάζουσιν. Στεφανὶς οὖν τὸ προτεθὲν ἡμῖν εἰς ἐξήγησιν γύναιον, πάθος ἔσχε δεινὸν καὶ ἀνίατον· κάρκινος τὸ πάθος ἐλέγετο, οὐκ ἀπαλὸν ἔχων τῆς φύσεως ὄνομα, καρκίνῳ γὰρ ἐοικὼς, εἰκότως αὐτῷ καὶ τὴν προσηγορίαν κοινωνὸν προσεδέξατο· καὶ τοῦτο μὴν ὑπῆρχεν τῆς

19. DE STEPHANIDE QUAE CANCRUM HABUIT.

Unum miraculorum fiat etiam Stephanidis admirabilis sanitas, cuius nemo incredulus erit miraculi, si sanctorum potentiam ponderet, et datam illis divinitus gratiam aperte comperit, qua omnem languorem curant, et cunctis qui ad se fideliter accedunt sanitatem miserationis intuitu donant. Stephanis ergo mulier, quae ad relationem nobis proposita est, passionem habuit crudelem et insanabilem, quae cancer appellatur, non dissonum habens a natura nomen; cancro enim similis facta, consequenter ab eo etiam communionem accepit vocabuli. Et hic quidem languor erat

Στεφανίδος τὸ νόσημα, οὗ μόναι τὰς ἀλγηδόνας ἐπίστανται γυναικῶν ὅσαι πεπείρανται· ἰατροὶ δὲ, καὶ τούτων οἱ γενάρχαι Γαληνὸς καὶ Ἱπποκράτης, τὸ τῆς τέχνης κομψὸν σεμνολόγημα, τὴν ἧτταν βοᾷν οὐκ αἰσχύνονται, τὸν πρὸς κάρκινον τὸ πάθος παραιτούμενοι πόλεμον, καὶ τοῖς νικητηρίοις αὐτὸ καταστέφοντες· ταύτῃ δεικνύντες αὐτοῦ τὴν φυσικὴν σκολιότητα, ἣν οὐ φάρμακον εὔτριβὲς, οὐ δραστήριον, οὐχ ἔμπλαστρος ἡ γαλβιανή τε καὶ πάγχρηστος, οὐχ ἡ Φίλωνος καλουμένη ἀντίδοτος, οὐκ ἄλλό τι φυσικόν τε καὶ ἄκρατον ἢ ἐκ συναφείας εἴδους ἑτέρου βοήθημα κατευνάζειν ταῦτα μέχρι τῆς σή-

Stephanidis, cuius solae dolores hae feminae norunt, quae expertae sunt; medici autem horumque praeceptores Galenus et Hippocrates, qui medicinae artis compta videbantur esse laudatio et gloriatio, superationem sui clamare non confunduntur, non modo adversus cancri passionem mire proelium recusantes, sed et hanc victoriis coronantes: hoc modo monstrantes naturalem ipsius pravitatem, quam non medicamen bene tritum et efficax, non emplastrum galbianae, seu panchristos, non antidotum quod vocatur Philonis, non aliud quid naturale vel simplex, aut ex opitulatione alterius commixtae specici factum remedium, sedare hucusque praevaluit. Sic enim

μερον ἴσχυσεν· οὕτω τὸ πάθος ἀνήμερον προσλαχὸν ἀγριότητα, καὶ πᾶν τοὐναντίον φοβοῦν τὸ τιθασσεύειν αὐτὸ ἢ διώκειν γλιχόμενον.

Τούτου δὲ μαθοῦσα καὶ Στεφανὶς τὸ τυραννικὸν καὶ ἀνήμερον, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἀδράνειαν, ἣν οἱ ταύτην μετιῶντες ἔργοις καὶ λόγοις ἐκήρυττον, καὶ ὡς μόνῳ Θεῷ τὲ καὶ μάρτυσιν τὸ πάθος αὐτῆς ὑποκλίνεται, καὶ κελεύουσι πείθεται, πρὸς Θεὸν εὐθὺς καὶ πρὸς Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς Χριστοῦ καὶ θεοῦ τῶν ὅλων θεράποντας ηὐτομόλησεν· καὶ ταύτην ἰδότες, ἀξίως τῆς εἰς αὐτοὺς ἐτίμησαν πίστεως· ἡ δὲ τιμὴ τῆς ταχείας ἰάσεως τὸ δῶρον ἐτύγχανεν, καὶ πάθους τοῦ κρυφίως κατέχον-

passio erat immitis, sortita insitam feritatem, et omne e contrario deterrens quod se mitigare vel pellere appetisset.

Cum autem huius Stephanis cognovisset invictam tyrannidem, et adversus eam, medicinae artis ignaviam, quam qui hanc sectabantur operibus et sermonibus praedicabant, et quod non nisi soli Deo ac martyribus, languor suus inclinetur, et iubentibus pareat, ad Deum se confestim et Cyrum atque Iohannem Christi omnium Dei famulos, contulit; quam sancti martyres condignam fidem eius in se habitam honoraverunt. Honor autem erat celeris sanitatis donum, et pas-

τος ἀπαλλαγή τε καὶ λύτρωσις· ἰῶνται τοίνυν τὸ γύναιον οὐ φαρμάκοις ἀοράτοις ὡς ἔθος αὐτοῖς ἰᾶσθαι τοὺς κάμνοντας, ἀλλὰ ὁρατοῖς χερσὶ τοῦ πάθους ἁψάμενοι· ἐν μιᾷ γὰρ ὡς πρὸ τοῦ μαρτυρικοῦ τῶν ἁγίων ἵστατο μνήματος, καὶ θεραπείας τυγχάνειν ἐλιτάνευεν δακρύουσά τε καὶ στένουσα, καὶ πίστει θερμῇ τὰς ἱκετείας προσφέρουσα, καὶ τὸν κάρκινον εὐθέως ἀπέβαλεν, καὶ πᾶσαν σὺν αὐτῷ βλάβην, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ τικτομένην ἀσθένειαν, ἐμπεσόντα καὶ σκαίροντα· καὶ πολλοὶ μὲν εὐθὺς αὐτὸν ἐθεάσαντο· ὁ καιρὸς γὰρ ἡμέρας ἐτύγχανεν, οἳ παρῆσαν εὐχόμενοι, καὶ τυχεῖν βοηθείας ἐδέοντο· πολλοὶ

sionis qua occulte tenebatur ereptio atque redemptio. Sanant igitur mulierem non medicaminibus haud visibilibus, sicut eis moris erat laborantes sanare, sed visibilibus tangentes manibus passionem. Quadam namque die cum ante martyricum sanctorum monumentum astaret, et curationem adipisci deprecaretur lacrimans et suspirans, et ferventi fide supplicationes offerens, cancrum repente, omnemque cum eo laesionem, et quae fuerat ex ipso generata, infirmitatem deposuit; quem cadentem et palpitantem, multi quidem tunc viderunt, diei quippe tempus erat, ex his qui orantes aderant opem consequi deprecantes. Multi autem ex his, qui ad orationem accesserunt, et mar-

δὲ καὶ μετὰ ταῦτα κρεμάμενον καὶ ἀφ' ὑψηλοῦ τὴν τῶν ἁγίων διαγγέλλοντα δύναμιν, εἰς εὐχὴν ἀφικνούμενοι καὶ τοὺς μάρτυρας· ἀφ' ὧν ἡμεῖς ἀκηκοότες ἐγράψαμεν, καὶ μαθόντες ἐν ἀληθείᾳ κηρύττομεν, τοὺς ἁγίους ἐπὶ τούτῳ δοξάζοντες· τοὺς νοσοῦντας δὲ κεκρατημένους ἀνιάτοις παθήμασιν, ἐπὶ τὴν αὐτῶν ἐλθεῖν θεραπείαν προτρέπονται· τὴν τοῦ παρόντος δὲ θαύματος διήγησιν ποιησάμενοι, ἐφ' ἑτέρας θαυματουργίας βαδιοῦμεν διήγημα.

κ. ΠΕΡΙ ΜΑΡΙΑΣ ΤΗΣ ΕΧΟΥΣΗΣ ΤΟΝ ΥΔΡΩΠΑ.

Πολλὴ πάνυ τῆς τῶν θαυμάτων ἐπαγγελίας ἔστιν ὀφέλεια· ἴσως γὰρ πάντας εὐεργετεῖ τοὺς

tyres honoribus placaturi venerunt, etiam post haec pendentem, et ex alto sanctorum virtutem annuntiantem viderunt et audierunt. A quibus haec cum audissemus, scripsimus, et in veritate cognoscentes praedicamus; sanctos quidem super hoc glorificantes; languentes autem, et eos qui insanabilibus passionibus deprimuntur, ad eorum venire curationem orantes. Porro hic finem narrationis praesentis miraculi facientes, ad alterius mirabilis operationis pergamus relationem.

20. DE MARIA HYDROPICA.

Multa valde miraculorum est relationis utili-

ἀκούοντας, ψυχὰς αὐτῶν ῥωννύουσα σὺν τοῖς σώμασιν· καὶ ταῖς μὲν πίστιν περισσοτέραν χαρίζεται, τοῖς δὲ σωματικῶν παθῶν ἀλλοτρίωσιν, κοινὴν δὲ ἀμφοτέροις ψυχαῖς τε καὶ σώμασιν εὐφροσύνην ἁγνὴν καὶ τριπόθητον, καὶ τέρψιν πνευματικῆς ἀγαλλιάσεως γέμουσαν, ἣν λόγος ἀναγγέλλειν τοῖς ἀκροωμένοις οὐ δύναται· ταύτην οὖν ἐκ τοῦ προλαβόντος τρυγήσαντες θαύματος, καὶ ἐκ τοῦ παρόντος τρυγήσωμεν, κοινωνοὶ τῆς χαρᾶς τοῖς ἰωμένοις γινόμενοι, καὶ τῆς ἐπὶ μάρτυσιν εὐσεβεστάτης αὐχήσεως· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἡ Στεφανὶς τὸ τῆς εὐφροσύνης γέγονεν ἴαμα, ἐνταῦθα δὲ Μαρία γενήσεται, πάθος ἐσχηκυῖα δυσίατον καὶ παρ' ἐλπίδα λαβοῦ-

tas: fortassis enim universis praestat qui audiunt beneficia, animas ipsas una cum corporibus sanans, et aliis quidem fidem abundantiorem donat, aliis vero alienationem corporalium passionum; communiter autem utriusque animabus, atque corporibus laeticiam castam et gratissimam, et delectamentum speciali exultatione repletum, quem sermo auditoribus pronunciare non potest. Hoc ergo praecedenti carpentes miraculo, et praesenti quoque carpemus, communicatores gaudii sanatorum effecti, et piam sanctorum gloriationem sortiti. Sed ibi quidem Stephanis nobis laeticiae facta est causa; hic vero Maria efficietur, quae cum

σα τὴν ἴασιν· καὶ τὸ μὲν πάθος οἱ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης ὕδερον λέγουσιν· ὀνῆσαι δέ τι τὸν εἰς τοιαύτην ἐλθόντα διάθεσιν οὐκ ἰσχύουσιν, οὐ μικρὸν οὐ μέγιστον οὐ παραμυθίαν τινὰ πρὸς τῆς τέχνης χαρίσασθαι, ὅπερ ἐν ἅπασιν σχεδὸν τοῖς λοιποῖς ποιοῦσι νοσήμασιν, τὰ μὲν τέλεον θεραπεύοντες, τὰ δὲ ψυχαγωγοῦντες τοὺς ἔχοντας, καὶ μειοῦντες τρόπον τινα βοηθήμασιν.

Τοῦτο καὶ Μαρία παθοῦσα τὸ νόσημα, καὶ πρὸς ἔσχατον κίνδυνον φθάσασα, οἰδήσασά τε ἐξαίσιον καὶ φρικτὸν ὑπάρχουσα θέαμα· μετὰ τὴν τῶν ἰατρευόντων ἀπόγνωσιν, καὶ τὴν τοῦ θανάτου βεβαίωσιν, σὺν κινδύνῳ πολλῷ τὸν

passionem haberet insanabilem, propter spem consecuta est sanitatem. Et quidem passionem ipsam hydropem vocant medicinalis disciplinae periti, sed prodesse his qui in talem dispositionem devenerint, nec in magno nec in modico valent, sed nec quodlibet ex arte conferre solamen, quod in omnibus paene reliquis aegritudinibus faciunt, quasdam perfecte curantes, quasdam autem modo quodam opitulationibus minorantes, et qui has habuerint animantes.

Hunc et Maria passa languorem, et ad extremum discrimen perveniens tumoreque turgida, ingens et horribile spectaculum facta est. Post desperationem vero medicantium, ac certitudinem mor-

ναὸν τῶν ἁγίων κατέλαβεν· καὶ τεθεῖσα μόλις εἰς τοὔδαφος ἔκειτ' ὀδύνην οἰμώζουσα, καὶ λέγειν τῆς οἰμωγῆς μὴ πλέον ἰσχύουσα· ἀλλ' οὕτω τοῦ πάθους αὐτὴν ἐκπιέζοντος καὶ στενοχωροῦντος ὑπερλόγον ὄγκωσιν, οἱ ἐλέῳ βρύοντες μάρτυρες καθ' ὕπνους ὀφθέντες, τήν τε ζωὴν ἐχαρίζοντο, ἣν ἔχειν οὐκ ἤλπιζεν, καὶ νόσου τὸ φάρμακον ἔφραζον, καὶ τοῦτο ποιεῖν ἐν τάχει προσέταττον· ἄρτος δ' ἦν παξαμήτης τὸ φάρμακον, οὐ μακρόθεν ἐρχόμενος, ἀλλ' ἐν Ἡρακλείᾳ γείτονι κώμῃ περιττόμενος, ὃν, εἰπούσης μετὰ τὸν ὄνειρον, ἤγαγον οἱ ἐγγίζοντες, καὶ τῷ τῆς

tis, cum dispendio multo eorum qui ferebant *, ad sanctos pervenit; et vix supra pavimentum posita, iacebat cum dolore gemens, et dicere nihil prae gemitu valens, sed ita eam passione deprimente et angustante ac suffocante, tumoribus qui ultra quam dici possent excreverant, miserentes martyres, qui affluentia miserationis habundant, et in somnis apparentes, et vitam donant, quam habituram se non sperabat, et languoris medelam asseruerunt. Et hoc celeriter facere praeceperunt. Panis enim erat medicina illa, paxamates, non a longe delatus, sed in vicino castello, Heraclio vocabulo, tesellatus; quem cum dixisset post somnium, qui aderant detulerant: quo fontis aqua rigato, tota illam a capite, tenus

* *aliter in gr.*

πηγῆς βρέξαντες ὕδατι, πᾶσαν αὐτὴν ἐκ κεφαλῆς μέχρι ποδῶν καταπάττουσιν, ὡς ἡ τῶν ἁγίων ἐθέσπισε κέλευσις· ξηραινομένου δὲ τοῦ λεχθέντος ἐκ παξαμήτου καὶ ὕδατος χρίσματος, καὶ τῆς ἔνδον σμυχούσης ὑγρότητος πληθὺς ἐξηραίνετο, πᾶσαν αὐτὴν ὡς ἐπὶ σπόγγου ἢ σίφωνος ἀνιομένου τοῦ χρίσματος, καὶ πρὸς τοὐμφανὲς ἀνοδύνως ἐκκαίοντος· οὐ μόνον δὲ τὴν ὑγρὰν ἐκείνην πληθωρίαν τὸ λεχθὲν ἀνεῤῥόφησεν φάρμακον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπ' αὐτῆς τῆς νόσου τικτόμενον θάνατον· καὶ Μαρία μὲν οὕτω χαλεπῶς κινδυνεύσασα ῥαδίως διαφεύγει τὸν κίνδυνον, μαρτυρικῆς ἐπιτυχοῦσα δυνάμεως, καὶ τοῦ νοσήματος κρείττονος καὶ αἰτίας γνωριζομένης τῆς

pedibus asperserunt, quemadmodum sanctorum iussio sanxerat; exsiccatoque unguento, quod ex paxamatico pane confectum et aqua fuerat, multitudo quoque humoris delitescentis interius exsiccata est, totam hanc unguento instar spongiae vel siphonis hauriente, et sine dolore ad superficiem effundente. Non autem solam illam tantum humoris illuviem praedictum medicamentum absorbuit, sed et mortem quae ex ipso erat nascitura languore. Et Maria quidem cum in tam saevum periculum incidisset, facile periculum effugit, martyrica virtute percepta, et languoris melioratione, causaque sanitatis comperta. Nos au-

ῥώσεως· ἡμεῖς δὲ πάλιν τοὺς μάρτυρας εὐφημήσαντες, καὶ ὡς τηλικούτων ἔργων ἐργάτας ὑμνήσαντες, ἔργον ἕτερον μέγιστον καὶ τηλικαύτης εὐφημίας ἐπάξιον τῆς αὐτῶν συγγράψωμεν χάριτος.

κα. ΠΕΡΙ ΜΑΡΤΥΡΙΑΣ ΤΗΣ ΕΚ ΠΕΡΙΕΡΓΙΑΣ ΤΑ ΣΠΛΑΓΧΝΗ ΠΑΣΧΟΥΣΗΣ.

Μαρτυρίας τὸ πάθος ἀκούσωμεν, καὶ τὴν τοῦ πάθους μὴ παρέλθωμεν ἴασιν, ἵνα μὴ μόνον ἐπὶ τὸ πάθος στυγνάζωμεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ῥῶσιν μανθάνοντες χαίρωμεν· δεινὸν ἦν αὐτῆς τὸ ἀῤῥώστημα, καὶ λόγου καὶ γλώττης ἐπέκεινα· οὐ γὰρ φυσικὸν ἦν, ὡς τὰ πολλὰ πάθη συμ-

tem martyres iterum collaudantes, et utpote tantorum operum operarios hymnis canentes, aliud maximum opus, et tanta laude condignum gratiae conscribamus ipsorum.

21. DE MARTYRIA QUAE EX MALEFICIO VISCERA LAESA PATIEBATUR.

Martyriae passionem audiamus, et sanitatem passionis non transeamus, ut non tantummodo de passione maerorem efficiamus, sed et de incolumitate condigne gaudeamus. Severa eius erat infirmitas, et verbis et lingua superior: non enim naturalis erat, sicuti multae passiones contingunt

βαίνουσιν ἐκ χυμῶν πλειόνων γινόμενα, ἢ συμπτωμάτων ἀπ' ἄλλων τικτόμενα, οἷς μετὰ τὴν ἐν παραδείσῳ παράβασιν δουλεύειν ἀνάγκῃ τὸ σῶμα κεκλήρωται· ἀλλ' ἐκ περιεργίας καί τινῶν μοχθηρίας, καὶ ἄθεον κεκτημένων προαίρεσιν, καὶ φιλοτιμουμένων κακῶς, πρὸς τὸ οὕτως ἀφειδῶς λυμαίνεσθαι τὸ ὁμόφυλον· εἴτε οὖν δηλητηρίοις χρώμενοι, εἴτε βλαπτικαῖς δαιμόνων ὁρμαῖς τε καὶ μάστιξιν ἐκάκουν τὸ Γύναιον, ἀγνοοῦμεν ὡς ἄνθρωποι· Θεὸς δὲ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἐπίσταται ὁ πάντων ἔχων τὴν εἴδησιν, πρὸ τῆς αὐτῶν εἰς τὸ εἶναι ἐνώσεως· τὰ σπλάγχνα δὲ πάσχειν ἐβόα τὸ Γύναιον, καὶ ταῦτα δάπτεσθαί τε καὶ σπαράττεσθαι διωλόλυζεν· ἕτερον δέ τι τοῖς τὴν αἰτίαν πυθομένοις οὐκ ἔλεγεν.

ex amplioribus humoribus factae, vel casibus ab aliis generatae, quibus post factam in paradiso transgressionem, servire corpus necessitate sortitum est; sed maleficio quorumdam malignam et sine Deo voluntatem habentium, atque ad sic dolendos proximos male et sine parcitate operam dantium. Itaque sive veneficiis utentes, sive non innoxiis daemonum motibus atque flagellis mulierem afflixerint, ignoramus, ut homines; Deus autem hoc novit, una cum aliis universis, qui cunctorum habet scientiam, ante ipsorum ad exi-

Ἐκεῖσε δὲ τῶν ἰατρῶν οἱ προστάται συῤῥέοντες, οὔτε τὸ πάθος ἐγίνωσκον, οὔτε τὴν αἰτίαν ἀπήγγελλον, οὔτε προσφέρειν ἠνίσχοντο φάρμακον, ἀλλ' ὀφελοῦντες οὐδὲ ὡς μὴ φανέντες ὑπέστρεφον· ὃ μαθόντες οἱ τῷ γυναίῳ προσήκοντες, θᾶττον αὐτὴν πρὸς Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας ἄγουσιν, οὐκ ἀγνοηταὶ τῆς θείας αὐτῶν ὄντες δυνάμεως δι' ἧς τὰς ἰάσεις τοῖς προσιοῦσιν ὀρέγουσιν καὶ δρῶσιν ἔργα θαυμάσια, ἃ μηδὲ λόγος δύναται διηγήσασθαι μηδὲ νοῆσαι σαφῶς ἀνθρώπων ἰσχύει διάνοια, πάντας εὐεργετοῦντες καὶ σώζοντες, καὶ κινδύνων

stenidum effectus. Porro viscera se pati clamabat, haecque comedi, ac lacerari plorabat, et aliud quid causam sciscitantibus non dicebat.

Illuc autem medicorum proceres confluentes, neque passionem cognoscebant, neque causam denunciabant, neque aliquid patiebantur offerre remedium, sed nil prodesse valentes, quasi non apparuissent, revertebantur. Quo comperto, qui mulieri pertinebant, maturius eam ad Cyrum et Iohannem martyres ducunt, haud divinae virtutis eorum ignari, per quam sanitatem accedentibus porrigunt, et opera peragunt admiranda, quae nec sermo potest enarrare, nec plane sensus valet hominum intelligere; omnes beneficiis persequentes, atque salvantes, et a continuis pe-

ἀλλεπαλλήλων λυτρούμενοι· ὡς διὰ τοῦτο δωρηθέντες τοῖς ἀνθρώποις οἱ ἅγιοι, καὶ δόσις ἀγαθὴ καὶ δώρημα τέλειον θεοῦ τοῦ φιλανθρώπου πρὸς ἀνθρώπους ὑπάρχοντες, καὶ μιμούμενοι τὸ τοῦ δωρησαμένου φιλάνθρωπον, καὶ σπεύδοντες ἄξιον μᾶλλον τοῦ δεδωκότες χαρίζεσθαι, ὑπὲρ ποιεῖν αὐτοῦ τὸ δῶρον ἀνόνητον.

Οἳ καὶ τότε τὴν Μαρτυρίαν οἰκτείραντες οὕτως σπαραττομένην ὡς ἔφημεν, καὶ φωναῖς διαπρυσίοις οἰμώζουσαν πρὸς ὕπνον κατήγαγον· καὶ ἐνύπνιον καὶ ὄναρ ὁρᾶν παρεσκεύασαν· αὐτοὶ δὲ ἦσαν οἱ δεδωκότες ὁρᾶν καὶ φαινόμενοι· ἄνδρας γὰρ ἔβλεπεν ἐκ μόνων τῶν ἱματίων ἀστράπτοντας, καὶ προσηνές τε βλέποντας καὶ μειλίχιον·

riculis eruentes; qui nimirum propterea donati sunt hominibus sancti, datum Dei benigni optimi, et donum perfectum, erga homines donatoris clementiam imitantes, atque ut digni potius datore cognosci valerent, quam munus eius facere non proficuum, festinantes.

Qui et tunc Martyriae miserti taliter dilaceratae, ut diximus, et vocibus arduis eiulantis, ad somnum deduxerunt, et ut somnium aspiceret praeparaverunt. Ipsi autem erant qui et videre dabant, et qui apparebant: viros enim videbat in monachorum vestibus coruscantes, et lenius ac placidius intuentes, et cum reverentia venientes,

καὶ πρὸς αὐτὴν μετ' εὐλαβείας ἐρχομένους καὶ λέγοντας, τίνος ἕνεκεν οὕτω βοᾷς, καὶ καθεύδειν οὐκ ἐᾷς τοὺς ἐν νόσοις ἐνθάδε προσμένοντας; ἡ δὲ τὰ σπλάγχνα πονεῖν ἀπεκρίνατο· καὶ οἱ μάρτυρες πάλιν αὐτὴν ἀμειβόμενοι ῥήμασιν, εἶτα φασὶν, καὶ μόνη ὕπνον ἐκ τούτων ἁπάντων ἔχεις ἀφόρητον; καὶ τοῦτο φήσαντες, τὴν κεφαλὴν τοῦ γυναίου κρατοῦσιν ἀμφότεροι· καὶ τὸ στόμα διανοίξαντες ὁ τῶν δύο πρεσβύτερος, Κῦρος οὗτος ἦν ὁ θεσπέσιος, τούτῳ τρὶς ἐνεφύσησεν· καὶ τοῦτο ποιήσαντες, αὐτοὶ μὲν φησὶν ἀνεχώρησαν, ἐκείνη δὲ τοῦ τε ὕπνου καὶ τοῦ ὁράματος ἀπελύετο· καὶ τῆς μὲν ὀδύνης μετρίως ἐπέπαυτο, ἐλθεῖν δὲ πρὸς ἀφεδρῶνας ὑπήγετο, ἐν-

atque dicentes: qua pro causa taliter clamas, et dormire non sinis eos qui hic in laboribus perseverant? At illa, viscera se dolere respondit. Et martyres rursus eam verbis reciprocis convenientes, ita inquiunt: et sola tu dolorem * habes ex his omnibus importabilem? et hoc dicto, caput mulieris tenet uterque, et cum os eius manibus adaperuissent, duorum senior Cyrus videlicet ille mirabilis in eam ter insufflavit: et hoc facto, ipsi quidem quasi recesserunt, illa vero tam a somnio, quam a somno dimissa, doloris quidem mediocrem requiem sentiebat, urguebatur autem ad latrinas venire, quo perveniens sedet, et palma-

* gr. somnum.

θα γενομένη καθέζεται, καὶ παλαιστὴν διὰ γαστρὸς κατήγαγεν σκώληκα, τὸν τὰ σπλάγχνα κρυφίως κατεσθίοντα, ὃν ὡς κόπρον κατιέναι κελεύουσιν· τούτου δὲ τοῦ πάθους ἀπαλλαγεῖσα καὶ Μαρτυρία ἐλέους ἐπέτυχεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ τῶν σεπτῶν ἀναργύρων δωρήμασι.

κβ. ΠΕΡΙ ΣΑΡΑΠΑΜΜΩΝΟΣ, ΣΚΗΡΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΟΔΑ ΕΧΟΝΤΟΣ.

Τί δὲ τὸν λαμπρὸν Σαραπάμμωνα μέλλωμεν; εἴπερ αὐτὸν παρελθεῖν οὐ βουλόμεθα, οὔτε καταλιπεῖν μετὰ τῶν λοιπῶν ἀδιήγητον· ὧν τὴν πληθὺν οἶδε μὲν ἀνθρώπων οὐδεὶς οὐδὲ στο-

rem per ventrem vermem deposuit, qui eius occulte viscera comedebat. Quem velut stercus excreans, ad sanctorum spiritum pulsum, penitus a doloribus e lacerationibus liberata est; hymnisque martyribus cumulatis, sana et illaesa recessit. Cum qua * et nos eadem illis hymnodia allata, alterius hymnodiae faciamus optentum, alterius relationem miraculi facientes.

* aliter in graeco.

22. DE SARAPAMMONE SCIRON HABENTE IN PEDE.

Quid autem illustrem Sarapammonem neglegimus? si eum praetergredi, et cum reliquis non enarratum deserere nolumus, quorum multitu-

χάζεσθαι δύναται· οἶδεν δὲ μόνος θεὸς, καὶ οἱ μετὰ θεὸν ἀκεσάμενοι μάρτυρες· οὐκοῦν λέξωμεν αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν, καὶ μετ' αὐτῆς τὴν φιλάνθρωπον ἴασιν, ἣν οἱ θεσπέσιοι πρὸς πάντας σαφῶς ἐπιδείκνυνται, θεοῦ φιλανθρωπίαν μιμούμενοι, καὶ τὸ συγγενὲς εὐμαρῶς ἐποικτείραντες· τοῖν ποδοῖν ὁ Σαραπάμμων τὸν ἕτερον ἔπασχεν, καὶ τὸ πάθος εἰς τέρας τὸν ἄνθρωπον ἤμειβεν· οὐ τραῦμα γὰρ ἦν, ἢ φυμάτιον, ἢ ἕτερον σύμπτωμα ῥᾳδίαν ἔχον τὴν ἴασιν, ἀλλ' ὁ παρ' ἰατροῖς σκῆρος λεγόμενος, ὅπερ ἐπαχθέστατον νόσημα ὅλον αὐτοῦ τὸν πόδα μέχρι βουβῶνος περιλαβὸν ὡς ἀσκὸν ἀπετέλεσεν, πολυ-

dinem scit hominum quidem nullus, sed nec conicere potest, scit autem solus Deus, et post Deum martyres qui sanabant. Ergo dicemus eius infirmitatem, et cum hac misericordissimam sanitatem, quam ad omnes egregii illi evidenter ostendunt, divinam clementiam imitantes, et benigne proximis miserationem praestantes. Pedum Sarapammo in altero patiebatur, passioque ad prodigium hominem transducebat: non enim vulnus erat, aut papula, aut casus alius qui sanari facile possit, sed quod a medicis sciros dicitur, languor videlicet pessimus, qui totum pedem ipsius usque ad inguinem * circumplexus, sicut utrem patravit, multiplicans hunc incompassibili mole,

* ita cod.

πλασιάσαν τῷ ὄγκῳ πρὸς τὸν ὑγιᾶ καταλειπόμενον· οὕτω γὰρ τοῦτο τὸ τερατῶδες ἀῤῥώστημα τέως τὸν ἔχοντα τίθησιν ἐναλλαγείας ἀφαιρέσει καὶ προσθήκῃ τοῦ πλείονος, ἕως ἂν τὸ ὑπέρογκον αὐξήσασι περάσῃ τῶν βουβώνων τὸν σύνδεσμον, καὶ ὅλον ἀπολέσῃ τὸν ἄνθρωπον.

Ἀλλ' ἔτι τοῦ πάθους νεάζοντος, καὶ ἀρχὴν γενήματος ἄγοντος, ὁ πατὴρ Ἰουλιανὸς, οὕτως ἐλέγετο, τοὺς τῶν ἰατρῶν ἐξέχοντας φέρων ἱκέτευεν, ἐῤῥωμένον αὐτῷ τὸν παῖδα χαρίσασθαι, μισθοὺς ἀξίους δώρου χαρίσασθαι· οἱ δὲ τὸν Γαληνὸν περιστρέφοντες, καὶ τὸν Ἱπποκράτην ἑαυτοῖς ἀνελείττοντες, καὶ πολλὰ μὲν τῷ νο-

multo amplius quam alter erat qui sanus esse videbatur. Sic enim haec prodigiosa infirmitas interim sui exhibet possessorem, commutari faciens eius formam et habitum, tam aequalitatis sublevatione quam pluris additione, donec ingentibus incrementis conexionem inguinum transeat, et totum hominem perdat.

Sed cum languor adhuc recens esset, nascendique principium ageret, pater eius, Iulianus nomine, praecellentes in medicis adduxit, et ut incolumem sibi donarent filium, condignasque dono mercedes acciperent, supplicavit. At illi Galenum vertentes, et Hippocratem frequenter in se revolventes, cum multa quidem languenti attulis-

σοῦντι προσφέροντες, εἰς κενὸν δὲ πυκτεύοντες καὶ ἀνόνητα κάμνοντες, καὶ μηδὲν ὠφελῆσαι δυνάμενοι, τέλος ἐπαύσαντο, τῇ παύλῃ τὴν ἧτταν κοιμήσαντες *, καὶ τὴν τοῦ πάθους ἀπόρθητον δύναμιν· ἐντεῦθεν ἐπὶ Κῦρον ὁ νέος καὶ Ἰωάννην ἐφέρετο· τούτους γὰρ οἱ γονεῖς μεμαθήκασιν ἅπαν νόσημα καὶ πᾶσαν ἀσθένειαν θεραπεύοντας, καὶ νόμοις ἰατρῶν καὶ στοχαστικαῖς ἀποφάσεσι μὴ δουλεύοντας· οἱ γὰρ ἄνωθεν τὰς ἰάσεις δωρούμενοι, ἐπάνω πάντων εἰσὶ, καὶ κεναῖς διδαχαῖς οὐχ ὑπόκεινται, ὡς ἐν πᾶσιν αὐτῶν τοῖς σημείοις γινώσκοντες, ἰατρικὸν μηδὲν ἐπιτάττοντες, ἀλλὰ καὶ ἐναντία προστάττοντες· οἵα γὰρ κοινωνία πρὸς σκότος φωτὶ; κἀνταῦθα λέγοιμ' ἀκόλουθον· εἴπερ ἐκ θεοῦ μὲν οἱ μα-

* ita cod.

sent, in vacuumque pugnassent, cessatione superationem sui, passionemque inexpugnabilem virtutem vocibus praedicantes. Hinc ad Cyrum et Iohannem iuvenis ferebatur: didicerant enim parentes, quod hii omnem languorem, et omnem infirmitatem curarent; qui enim de sursum sanitates donant, super omnes sunt, et terrenis doctrinis non subiacent, sicut in omnibus signis suis egisse liquidius agnoscuntur, cum nihil medicinale imperaverint, sed et contraria nonnunquam praeceperint. Quae enim comunicatio luci ad tenebras? etiam dicere hic consequens est, si ex

κάριοι μάρτυρες, ἐξ ἀνθρώπων δὲ καὶ ἐκ γῆς οἱ ἐπὶ γῆς ἰατροὶ θεραπεύουσιν.

Πρὸς τούτων οὖν ἀπογνωσθέντα τὸν Σαραπάμμωνα λαβόντες οἱ ἅγιοι, ἐλαίῳ καὶ κηρωτῇ τοῖς τὸν πυρσὸν τὸν τὴν ἁγίαν αὐτῶν σορὸν φωτίζοντα τρέφουσιν, τὸν πόδα τὸν πάσχοντα λιπαίνειν κελεύουσιν· τοῦτο κατ' ὄναρ εἰρηκότες τοῖς φύσασιν· ὁ δὲ ποῦς λιπαινόμενος ἐλεπτύνετο, καὶ κηρωτῇ τρεφούσῃ τρεφόμενος κατετήκετο, καὶ ποτιζόμενος ἔλαιον, τὸ πρόσωπον ἱλαρύνον ποτίζοντος, ἐξηραίνετο· καὶ τὴν προτέραν ἀπελάμβανεν μόρφωσιν, ἣν ὁ κτίσας κατ' ἰσόῤῥοπον τρυτάνην ἀμφοτέροις ἀπένειμεν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον ὑπῆρχε θαύματος ἄξιον, ἀλλ' ὅτι τὸ μέγεθος καὶ τὴν αὔξησιν, ἣν ἐν μακρῷ

Deo quidem beati martyres, ex hominibus autem et de terra terreni medici curant.

Ab his ergo sancti desperato Sarapammone accepto; oleo, et cerote, quibus candelam nutriunt, quae sanctum eorum illuminat tumulum, pedem qui patiebatur inungere iubent, hoc parentibus in visu dicentes. Porro pes dum inungeretur tenuis reddebatur, et cerote fotus qui nutrit tabescebat, et potatus oleo quod faciem potantis exhilarat, exsiccabatur; et priorem recipiebat formositatem, quam qui creavit aequa lance utrique restituit. Et non solum hoc erat ad-

τῷ χρόνῳ προσέλαβεν, ἐν ἡμέραις ὀλίγαις ἀπέβαλεν· τοιαύτη γὰρ τῶν ἁγίων ἡ χάρις καθέστηκεν, ὡς τὰ χρόνια καὶ μεγάλα νοσήματα βραχυτάτῳ καιρῷ καὶ σμικροτάτῳ θεραπεύειν κελεύσματι· Σαραπάμμων οὖν ἰαθεὶς ὡς αὐτὸς ἐπίστευεν καὶ οἱ φύσαντες, καὶ τὸ τῶν μαρτύρων ἐθέσπισεν βούλημα, ὑγιὴς σὺν αὐτοῖς ἀπελήλυθεν τὰ χαριστήρια τοῖς εὐεργέταις φθεγξάμενος· ἡμεῖς δὲ πάλιν ὡς ταύτην πεπονθότες τὴν ἴασιν, οὐχ ἧττον τῶν πεπονθότων τοὺς δεδρακότας ὑμνήσαντες, ἐπ' ἄλλην εὐεργεσίαν βαδίσωμεν.

κγ. ΠΕΡΙ ΓΕΝΝΑΔΙΟΥ ΤΟΥ ΤΗΝ ΚΕΦΑΛΗΝ ΜΥΙΩΝ ΓΕΜΟΥΣΑΝ ΕΧΟΝΤΟΣ.

Γενναδίου τὸ πάθος τίς οὐ θαυμάσειεν, καὶ

miratione dignum, sed quia molem et incrementum quod per longum tempus assumpsit, in diebus paucis abiecit; talis enim sanctorum est gratia, ut prolixos et magnos languores brevissimo tempore et iussione parvissima curent. Sarapammo itaque sanus effectus, sicut ipse credidit et parentes, sanctorumque sanxit propositum, sincerus cum ipsis abiit; his, qui beneficia sibi praestiterant, gratiarum pronuncians actiones.

23. DE GENNADIO QUI CAPUT PLENUM MUSCIS HABUIT.

Gennadii passionem passionisque admirabilem

τὴν τοῦ πάθους παράδοξον ἴασιν; ξένα γὰρ ὄντως ἀμφότερα, καὶ παθῶν ἀνθρωπίνων ἀλλότρια, καὶ Γαληνοῦ φαρμάκων ἀνόμοια· ἀκούσωμεν οὖν καὶ θαυμάσωμεν οὐ τοσοῦτον τὸ νόσημα ὅσον τοὺς ἰατροὺς τοῦ νοσήματος· ἤλγει τὴν κεφαλὴν ὁ Γεννάδιος, οὐχ ὡς πάσχειν ἔθος τοὺς πάσχοντας, ἀλλ' ὡς οὐδεὶς ἐν ἀνθρώποις ἐνόσησεν· μετ' ἤχους γάρ τινος καὶ βομβώδους κινήματος τὰς ἀλγηδόνας ὑπέμεινεν, ὃ πᾶσιν μὲν ἰατροῖς, πᾶσι δὲ τοῖς ἀκούουσιν ξένον ὑπῆρχε λεγόμενον· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι μόνον τὸ πάθος ἐθαύμαζον, ἰατροὶ δὲ πολλοῖς μὲν ἀλείμμασι, διαφόροις δὲ σμήξεσι, φλεβοτόμοις δὲ καὶ καθαρσίοις καὶ λοιποῖς χρώμενοι βοηθήμασι ὠφέ-

sanitatem quis non miretur? Etenim revera sunt utraque miranda, et humanis passionibus aliena, Galeni eiusque medicaminum dissimilia. Audiamus ergo, et admiremur non tantum languorem, quantum languoris curatores. Dolebat caput Gennadius non sicut pati, qui patiuntur, assolent, sed sicut in bominibus nullus elanguit: cum sonitu quippe quodam, et bombum faciente motu sustinebat dolores, quod omnibus quidem medicis, sed et omnibus erat audientibus dum dicerent extraneum. Et alii quidem passionem mirabantur; medici autem multis quidem nunc unguentis, nunc diversis mixturis, nunc autem flebo-

λουν οὐδὲν τὸν Γεννάδιον· οὕτω δεινὸν ἦν τὸ νόσημα καὶ ἀλλόκοτον· εἴτε δὲ περιεργίας τοῦτο τεκούσης, εἴτε καὶ φυσικοῦ τινος ἄλλου συμπτώματος, οὐ γινώσκομεν· μόνον γὰρ τὸ πάθος καὶ τὴν τούτου θεραπείαν μαθεῖν ἠδυνήθημεν.

Μεθ' οὗ προσελθὼν ὁ πάσχων τοῖς μάρτυσιν, ταχεῖαν αὐτοῦ τὴν ἀπαλλαγὴν ἐκομίσατο, μαρτυρικῆς γέμουσαν χάριτος, καὶ Ἰωάννου καὶ Κύρου ἀστείαν τὴν συγκατάβασιν ὑπογράφουσαν· ἥτις τρόπῳ τοιῷδε γεγένηται· οὐ σιγήσω γὰρ αὐτὴν οὐδὲ κρύψαιμι, οὐδὲ τοιούτου καλοῦ ζημιώσαιμι τοὺς ἀκούοντας· ὄκνου γὰρ ἔργον ἢ φθόνου σαφῶς τὸ τοιοῦτο καθέστηκεν·

tomis purgatoriisque ac reliquis adiumentis utentes, nullum Gennadio conferebant auxilium. Sic enim languor erat dirus ac desperatus; nescimus utrum ex maleficio, an ex alio quodam naturali casu generatus; solam namque passionem et hominis curationem discere quivimus.

Cum quo accedens is qui patiebatur ad martyres, citam liberationem sui promeruit, quae martyrica est gratia plena, et urbanam Iohannis seu Cyri condescensionem subscribit; quaeque taliter est effecta. Sane non hanc tacebo, sed nec occultaverim, nec huiusmodi boni auditoribus dispendium fecerim; pigritiae plane opus, vel invidiae tale quid evidentius est? sed invidia qui-

ἀλλ' ὁ μὲν φθόνος ἀπέστω πάντη τῆς ἡμῶν μετριότητος καὶ παντὸς χριστιανοῦ καὶ θεόφρονος· ὄκνος δὲ πάλιν ὁ πένης καὶ τοὺς φίλους πένητας ἐργαζόμενος, κατὰ τὴν παροιμιώδη Σολομῶντος παραίνεσιν· ἐλαυνέσθω μὲν ἀεὶ πρὸ τῆς ἡμῶν ταπεινώσεως, μάλιστα δὲ νῦν ὅτε ψυχῇ καὶ βουλῇ φιλομάρτυρι, Κύρου καὶ Ἰωάννου τὰ φιλάνθρωπα γράφομεν θαύματα.

Ἐκάθευδεν μὲν οὖν ὁ Γεννάδιος, ἠγρύπνουν δὲ μάρτυρες οἱ θεσπέσιοι, καὶ τοῦ καθεύδοντος διηρεύνων τὴν ἴασιν, καὶ τὴν θεραπείαν ἐσκέπτοντο· εἶτα πρὸς αὐτὸν παραγίνονται, καὶ τοῖς τοῦ κυρίου λόγοις ἐχρήσαντο, οὓς πρὸς τὸν ἐν τῇ προβατικῇ κατακείμενον ἔλεξεν· θέλεις γὰρ

dem tam a mediocritate nostra, quam ab omni christiano, qui quae Dei sunt sapit, penitus absit; pigritiae vero torpor ille pauper, et qui amicos pauperes secundum proverbialem Salomonis doctrinam efficit, semper quidem ab humilitate nostra pellatur, quam maxime nunc, quoniam amatrice martyrum anima et voluntate, Cyri atque Iohannis amica hominum miracula scribimus.

Gennadius equidem dormiebat, sed egregii martyres vigilabant, et sanitatem dormientis investigabant, curationemque praestabant. Denique ad eum veniunt, et Domini nostri verbis utuntur, quae ad eum qui penes probaticam iacebat pi-

ἔφασαν ὑγιὴς γενέσθαι; ὁ δὲ τὸ ναὶ πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίνατο· τί γὰρ οὐκ ἔμελλε τοιαύτῃ νόσῳ σφόδρα τιμωρούμενος; τότε πάλιν πρὸς αὐτὸν εἶπον οἱ ἅγιοι, εἰ θέλεις οὖν ὑγιὴς γενέσθαι, ἔξελθε πρωΐας τὸ τέμενος ἀπὸ τῆς στρωμνῆς ἀνιστάμενος, καὶ καμήλοις συναντήσας τρισὶ, σὺν ἀνδρὶ τῷ ταύτας ἐφέλκοντι, τούτων τῆς ἐσχάτης λαβόμενος, οὐ μὴ πρότερον ἐάσῃς πορεύεσθαι, ἕως ἂν ἀφοδεύσειε· τὸ ταύτης γὰρ ἐκκρινόμενον σκύβαλον ὕδατι εὐθέως δευόμενον, τῆς σῆς ἀῤῥωστείας ἔσται βοήθημα, καὶ κακοῦ σε τηλικούτου λυτρώσεται, τῇ σῇ κεφαλῇ προσφερόμενον· ταῦτα φήσαντες ἀπῆλθον οἱ μάρτυρες.

Ὁ δὲ νοσῶν τῆς στρωμνῆς ἀναστὰς ὡς κεκέ-

scinam dixit: vis enim sanus, inquiunt, fieri? Ille vero ad eos, etiam respondit: quid enim non agere procuraret, cum tali languore valide puniretur? Tunc iterum ad eum sancti dixerunt: ergo si vis sanus fieri, egredere mane basilicam cum a strato surrexeris, et camelis tribus una cum viro, qui hos trahit, occurres. Horum novissimum apprehensum, ne abire dimittas, donec cacet: stercus enim quod ex hoc fuerit excreatum, cum aquis rigaveris, infirmitatis tuae erit praesidium, et tanto te malo liberum reddet, cum tuo allatum capiti fuerit. Et his dictis martyres abierunt.

At vero cum languens, uti iussus fuerat, sur-

λευστο, πληρώσων ἐξῄει τὸ θέσπισμα· καὶ καμήλους τρεῖς εὑρὼν ὡς ἐπύθετο, τῆς τελευταίας τῆς φορβείας ἐδράξατο· καὶ ταύτης δραξάμενος, τῶν λοιπῶν τὴν πορείαν ἐκώλυεν· ὁ δὲ τούτων ἔχων τὴν πρόνοιαν, λόγοις μὲν ἀπολῦσαι τὸ πρότερον πείθειν ἐπειρᾶτο τὸν ἄῤῥωστον· ὡς δ' εἶδεν αὐτὸν μὴ πειθόμενον, ἀνατείνας αὐτοῦ τὸ καμηλόκεντρον, τὴν πάσχουσαν αὐτοῦ κεφαλὴν ἐμαστίγωσεν, καὶ ταῖς ἐν αὐτῇ φρουρουμέναις μυΐαις ποθουμένην ἀνοίγει ἔξοδον, αἳ θύραν εὑροῦσαι φυγῆς τε καὶ πτήσεως, εἴργεσθαι λοιπὸν οὐκ ἠνείχοντο, ἀλλὰ τούτου γεγονότος ἀνέπτησαν, καὶ ῥαγέντος τοῦ περιφράγματος ᾤχοντο, καὶ τοῦ δεσμοτηρίου διορυγέν-

rexit a strato, exivit completurus quod fuerat imperatum; et camelis, ut edoctus fuerat, tribus inventis, novissimum per capistrum comprehendit, quo comprehenso, reliquorum iter inhibuit. Porro vero qui horum commissam provisionem habebat, verbis primitus infirmo, ut eos dimitteret, suadere temptavit: at ubi eum non acquiescentem vidit, extenso suo camelorum aculeo, caput eius quod patiebatur, verberibus sauciavit, et muscis, quae in ipso erant retrusae, desideratum aperuit exitum. Quae ostio fugae atque volatus invento, arceri de cetero non patiebantur. Sed hoc facto, avolaverunt, et sepe dirupta pro-

τος ἀπέδρασαν, καὶ τὸν φωλαιὸν ἐκεῖνον τὸν καινὸν διωχθεῖσαι κατέλιπον ὀδύνης ἔρημον καὶ τῆς αὐτῶν ἀκοιμήτου βλάβης τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν παρόντα τόπον ἐπλήρωσαν, θέαμα καινὸν τοῖς ὁρῶσιν ἐκθέουσαι· καὶ τῶν μὲν μυιῶν οὕτως ἐλευθερώθη Γεννάδιος, μαρτυρικῇ χειρὶ καὶ οὐ ῥάβδῳ καμηλίτου τὴν ἐλευθερίαν εὑράμενος.

Ἔτι δὲ ταῖς μυίαις τοῦ τραύματος βρύοντος καὶ στενουμένου ταῖς φοβεραῖς αὐτῶν ἀναπτήσεσιν, ἡ λεχθεῖσα κάμηλος, ὡς ἀπό τινος ἀνενδότου προστάγματος τὴν ὄνθον ὑπεξέκρινε· καὶ ταύτην ἐνθέως οἱ προεστῶτες ἁρπάσαντες, καὶ θᾶττον ὕδατι δεύσαντες τὸ μυοφόρον ἐκεῖνο τραῦ-

fectae sunt, et effosso carcere fugerunt, et lustrum illud novum pulsae reliquerunt a dolore desertum, et a sua non laedenti laesione hominem liberum demonstratum: et praesentem tunc locum repleverunt nova miracula, cum viderentur discurrere. Et quidem a muscis taliter Gennadius est liber effectus, martyrica manu, et non virga camelarii, liberatione reperta.

Cum autem adhuc muscis vulnus afflueret, et vir terribili earum volatu coarctaretur, iam dictus camelus quasi ex quodam iugi praecepto stercus emisit, et hoc protinus qui adstabant arrepto, et maturius aquis intincto, musciferum illud vulnus facto cataplasmateo resperserunt, op-

μα κατέπλασαν, τὴν εἴσοδον αὐταῖς ἀναφράττοντες, μὴ πάλιν εἰσέλθωσιν ἀναστρέψασαι, καὶ κατὰ τὰ ἑπτὰ πονηρώτατα πνεύματα μένοιεν, καὶ χείρονα τὰ ἔσχατα τῶν πρώτων ἐργάσοιντο· ἐπιτεθέντος δὲ τῷ τραύματι τὸ ἐκ βολιτῶν γενόμενον, φροῦδον αὐτὸ παραχρῆμα πεποίηκεν, καὶ πᾶσιν σχεδὸν εἰπεῖν ἄγνωστον τοῖς ὁρᾷν βουλομένοις τῶν μυιῶν τὴν ἐπαύλην, μόνους δὲ τῆς ἐξόδου τοὺς τύπους ἐφύλαξε, τῆς Κύρου καὶ Ἰωάννου φιλανθρωπίας μνημόσυνον, καὶ τῆς αὐτῶν μαρτυρικῆς δυνάμεως μάρτυρας· ἡμεῖς δὲ καὶ νῦν ὡς ἐπὶ πᾶσι ποιοῦμεν τοῖς θαύμασι, τοὺς ἁγίους ὑμνήσωμεν, τῆς ὑμνῳδίας κοινωνὸν καὶ ἡγούμενον ἔχοντες τὸν ἰαθέντα Γεν-

pilantes illis introitum, ne iterum reversae introissent, et secundum septem illos spiritus nequam in ipso manentes operarentur novissima peiora prioribus. Impositum autem vulneri factum ex stercoribus medicamentum, invisibile id confestim et incognitum fecit paene cunctis, ut ita fateatur illud muscarum videre volentibus habitaculum, solas exitus figuras reservans, Cyri atque Iohannis misericordiae monimentum, et ipsorum martyricae potentiae testes. Nos autem sicut in omnibus miraculis facimus, hymnis sanctos laudemus, hymnodiae communicatorem et ducem qui sanatus est habentes Gennadium, et

τάδιον· καὶ οὕτω τὸν λόγον πρὸς ἑτέρου θαύματος ἐπαγγελίαν ῥυθμήσωμεν.

κδ. ΠΕΡΙ ΙΟΥΛΙΑΝΗΣ ΤΗΣ ΤΥΦΛΗΣ, ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΝΗΣ ΤΗΣ ΚΑΤΑΦΟΡΤΙΚΗΣ.

Θαύματι διττῷ καὶ ἐξέχοντι θαῦμα διττὸν προσαπτήσωμεν, οὐκ ἐφ' ἑνὶ προσώπῳ γενόμενον, ἀλλ' ἐπὶ δύο φύσεως μιᾶς καὶ ἑνὸς τυχοῦσιν ὀνόματος· καὶ φύσις μὲν ἦν αὐτοῖς ἡ τοῦ θήλεως, Ἰουλιανῆς δὲ τῆς μάρτυρος ὑπῆρχε τὸ ὄνομα· γυναίων γὰρ δυὰς προσηγορίαν μίαν κομίζουσα, δύο δὲ κρατουμένη νοσήμασι, τοῖς ἁγίοις προσέρχεται· ἀμφότεραι μὲν Ἰουλιαναὶ καλούμεναι, οὐ κοινὸν δὲ τὸ νόσημα, οὐδὲ τὸ

ita sermonem ad redditionem alterius miraculi moderemur.

24. DE IULIANA CAECA, ET IULIANA CATAPHORICA.

Miraculo duplici et eminenti miraculum duplex addamus, non in una persona factum, sed in duabus, quae unius erant naturae, unius et nominis; et natura quidem erat eis feminea, nomen vero martyris Iulianae. Mulierum quippe dualitas unum ferens vocabulum, et duobus detenta nominibus ad sanctos accedit, utraque Iuliana vocata, et commune nomen adepta, sed non communi languore depressa, nec ad saeculum di-

κατὰ κόσμον ἀξίωμα· ἐν πλούτῳ γὰρ ἡ μὲν ἐγνωρίζετο, ἡ δὲ πενείαν ἔσχε συνέστιον· καὶ ἡ μὲν δεινῶς ἠσθένει τὸν θώρακα καταφορητικῇ διαθέσει δουλεύουσα, ἡ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπεκλείετο τύφλωσιν ἀπαρηγόρητον ἔχουσα· καὶ ἡ μὲν ἰατροὺς ἐκάλει πρὸς ἴασιν, ἡ δὲ καὶ τῆς τούτων ψυχαγωγίας καὶ τοῖς νοσοῦσιν ποθινῆς ἐπισκέψεως διὰ πτωχείαν ἐστέρητο· ἔσχον δὲ κοινὸν τῶν παθῶν τὸ ἀνίατον, εἰ καὶ τὴν Μαρκελλίνου μὲν ἰατροὶ, οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο τῆς καταφορητικῆς καὶ πλουσίας ὁ σύμβιος· τὴν πτωχοτέραν δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπολέσασαν τῶν ἀσκληπιάδων οὐδεὶς ἐπεσκέπτετο· ἐπ᾽ ἀλη-

gnitate potita. In divitiis enim harum altera degere noscebatur, altera vero paupertatem cohabitatricem habebat. Et altera quidem crudeliter infirmabatur in pectore, cataphoricae affectioni deserviens, altera vero claudebatur oculis, caecitatem sine solatio possidens; et illa quidem ad conferendam sanitatem medicos evocabat, haec autem ob paupertatem etiam animatione horum, et quae desiderabilis est languentibus visitatione carebat. Habebant sane passiones communiter insanabiles, licet medici ei quae Marcellini erat, sic enim maritus cataphoricae ac divitis vocabatur, adessent; eam vero quae pauperior erat, oculosque amiserat, nullus visitaret asclepiadarum. In

θείας γὰρ κατὰ Σολομῶντα τὸν ἐν σοφίᾳ πολὺν καὶ ἀμέτρητον καὶ χύμα καρδίας θαλάττιον ἔχοντα, φίλοι πλουσίων πολλοὶ, ὁ δὲ πτωχὸς καὶ ἀπὸ τοῦ ὄντος αὐτῷ λείπεται· καὶ ταῦτα μὲν ὁ Σολομῶν ὡς ἔχει τὰ πράγματα γέγραφεν.

Τὰ δύο δὲ ταῦτα γύναια, ἡ μὲν οὐκ ἔχουσα χρήματα δι' ὧν ἰατροὺς προσκαλέσηται· ἡ δὲ πολλὰ δαπανήσασα χρήματα καὶ μηδὲν ἑαυτὴν ὠφελήσασα, ἐπὶ Ἰωάννην καὶ Κῦρον τοὺς πανσθενεῖς ἰατροὺς καὶ χρημάτων οὐ χρήζοντας, οὐδ' ἐπὶ χρυσῷ τοὺς ἀσθενεῖς θεραπεύοντας ἔρχονται· ὧν λέξω τὴν ἴασιν, ἐπειδὴ τὴν ἀσθένειαν εἴπομεν· αὕτη γὰρ λείπεται μετὰ τὴν πρὸς τὸ τέμενος ἄφιξιν· πρὸ γὰρ τῆς αὐτοῦ θέας

veritate quippe secundum Salomonem copiosum in sapientia et immensum, qui marinam habuit cordis effusionem; amici divitum multi, a paupere vero, et quem habebat, recessit. Et haec quidem Salomon, ut se res habent, descripsit.

Porro hae duae mulieres, quarum altera pecunias non habebat per quas medicos advocaret, altera vero quae multis pecuniis erogatis, nil sibi profecerat, ad Iohannem et Cyrum potentissimos medicos, qui pecuniarum non egent, nec auro mercedis curant infirmos, adveniunt. Quarum mulierum, quia illarum infirmitatem diximus, restat ut sanitatem dicamus, quam postquam ad basilicam

καὶ τῆς εἰς τοὺς ἁγίους ἀφίξεως, ἀσθενοῦμεν οἱ ἄνθρωποι, καὶ δεινοῖς πολλάκις κατεχόμεθα πάθεσιν· τοῦτο δὲ βλέποντες, καὶ τοῖς οἰκοῦσι προσπίπτοντες μάρτυσι, πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν ἀσθένειαν εὐθὺς ἀποῤῥίπτομεν· ἐλθοῦσαι γοῦν περὶ ὧν ἐλέγομεν εἰς τὸ τέμενος, τὴν ῥῶσιν ᾔτουν τοῦ νεῶ τοῖς οἰκείοις ἀξιώμασι χρώμεναι· ἡ μὲν γὰρ τὸν ὄγκον οὐκ ἀποβαλοῦσα τὸν μάταιον, οὔτε τὸ ἐκ πλουσίου θεομίσητον φύσημα, ἐπὶ κλίνης πρὸ τοῦ μνήματος ἔκειτο· ἡ δὲ ἔξω πρὸ τοῦ πυλῶνος ἐκβέβλητο, κατὰ τὸν πένητα καὶ πτωχὸν καὶ τοῦ ἀβραμιαίου κόλπου σύγκληρον Λάζαρον.

venerunt adeptae sunt. Nam ante huius visionem et ad eos adventum, nos homines infirmamur, et crudelibus passionibus detinemur; hanc autem videntes, et habitantibus in ea martyribus procidentes, omnem languorem, et omnem infirmitatem confestim abicimus. Cum ergo venissent, de quibus dicebamus, ad templum, incolumitatem a templi habitatoribus expectabant; etiam illic dignitatibus suis utentes, altera quidem minime (tumore vana seu Deo odibili ex divitiis elata) inflatione deposita, ante monumentum in lecto iacebat; altera vero alicubi ante portam videbatur eiecta, secundum illum pauperem et egenum Lazarum qui Abrahae sinus consors effectus est.

Οἱ δὲ μάρτυρες ἴσως ἀμφοτέραις ἐφαίνοντο, τῆς μὲν τὸν τύφον παιδεύοντες, τῆς δὲ τὴν ψυχικὴν παρηγοροῦντες ταπείνωσιν, ἑκατέραις δὲ τὰς ἰάσεις δωρούμενοι· τῇ μὲν γὰρ καταφορητικῇ καὶ ἀλαζωνικὸν ἐχούσῃ τὸ φρόνημα, τί κατείληφας ἔλεγον τὸν σηκὸν τὸν ἡμέτερον; ἀποκριθείσης δὲ ὡς ὑγείας τυχεῖν ἐπιθυμοῦσα καὶ ῥώσεως, εἰ θέλεις φασὶν ταῦτα πρὸς ἡμῶν ἅπερ εἴπας κομίσασθαι, ἀποβαλοῦ σου τὸν κράβατον καὶ εἰς τοὔδαφος ἀνακλίθητι· καὶ τοῦτό σοι ψυχικοῦ πάθους καὶ σωματικοῦ γενήσεται φάρμακον. Ἰουλιανῇ δὲ τῇ πενιχρᾷ καὶ χερνίτιδι ταῦτα φανέντες εἰρήκασιν· κροκοδείλου κρέας ἐνέγκασα πυρὸς ἄνθραξιν ὄπτησον, καὶ τοῦτο

Porro martyres utrique forsitan * apparebant, alterius typhum corripientes, alterius vero humilitatem animae consolantes, sanitates tamen utrique donantes. Nam ei quae cataphorica erat, et sensum arrogantiae possidebat, cur ad confessionem nostram dicebant venisti? cumque illa respondisset, desiderio impetrandae sanitatis et sospitatis. Si vis, inquiunt, haec a nobis percipere quae dixisti, eice grabatum tuum et in pavimento recumbe, et hoc tibi animae et corporis fiet passionis remedium. Iulianae vero pauperculae, quae proprii laboris manu vivebat, haec apparentes dixere; crocodilli carnes allatas, ignis carbonibus

* Dic aeque.

πολὺ ἐν Θυΐᾳ λεάνασα καὶ ξηρίον ποιήσασα, τοὺς ὀφθαλμούς σου τοὺς πεπονθότας ἐπίχρισον· καὶ ταῦτα μὲν ἀμφοτέραις οἱ ἅγιοι κατ' ὄναρ φανέντες ἐκέλευσαν· αἱ δὲ τῶν ὕπνων ἀφέμεναι, τὰ θεσπισθέντα θᾶττον ἐπλήρωσαν, καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς προστάγμασιν ἐπαγγελθείσας ἰάσεις ἐδρέψαντο· καὶ τῇ μὲν ἤρεσεν ἡ χαμαικοιτία πρὸς ἄκεσιν, τῇ δὲ τὸ ἐκ κροκοδείλου κεκαυμένον βοήθημα· ἅμα γὰρ ἡ τὸν θώρακα πάσχουσα ἐπὶ γῆς ἀνεκλίθη λιποῦσα τὸν κράβαττον, τοῦ πάθους ἀπήλλακτο· ἅμα δὲ καὶ ἡ τυφλὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιβαλοῦσα τὸ ξηρίον ἀνέβλεψεν· ἡμεῖς δὲ σὺν ἄμφω τοὺς ἰατροὺς εὐφημήσαντες, τῆς τῶν λοιπῶν θαυμάτων ἀπαγγελίας φροντίσωμεν.

assas et in mortario bastritas *, in pulveremque redactas, super oculos tuos qui patiuntur asperge. Et haec quidem sancti utrique per somnium apparentes iusserunt. Illae vero expergefactae quae sibi sancita fuerant ocius compleverunt, et repromissas in praeceptis sanitates obtinuerunt. Et alteri quidem terrenum cubile suffecit ad sanitatem; alteri vero ex crocodillo concrematum et confectum subsidium; mox enim ut ea quae thoracem patiebatur super terram recubuit grabato relicto, a passione libera facta est; mox autem ut caeca pulverem super oculos posuit, visum recepit. Por-

* ita cod.

κε. ΠΕΡΙ ΕΛΠΙΔΙΑΣ ΤΗΣ ΕΧΟΥΣΗΣ ΑΙΜΟΡΡΥΑΝ.

Μόλις τὴν Ἐλπιδίαν εὑρήκαμεν· ἐν τῇ πληθύϊ γὰρ αὕτη τῶν ἰαθέντων ἐκρύπτετο, τὴν θεραπείαν μὲν τοὺς ἁγίους συλήσασα, δεδοικυῖα δὲ καὶ διὰ τοῦτο καὶ τρέμουσα· καὶ κατ' ἐκείνην τάχα τὴν ἐπὶ τοῦ σωτῆρος αἱμοῤῥοοῦσαν λανθάνουσα· ἐδεδίει γὰρ καὶ αὕτη σαφῶς, μήπως οἱ συληθέντες τὴν ἴασιν νοήσωσι μάρτυρες, καὶ φανερὰν αὐτὴν τοῖς πᾶσι ποιήσωσιν, ὥσπερ κἀκείνην ὁ κύριος, αὐτόν τε λανθάνειν καὶ πάντας νομίσασαν ἐφανέρωσεν· ἀλλ' οὐκ ἔλαθεν οὐδ' αὕτη νῦν τοὺς ἀκέσαντας, ὡς οὐδ' ἐκεί-

ro nos cum utraque medicis collaudatis, reliquorum relationem miraculorum sollicite faciamus.

25. DE HELPIDIA HAEMORRHOYSSA.

Vix Helpidiam invenimus; in hac enim multitudine qui sanati sunt occultabatur: denique a martyribus quidem curationem furata est, sed timens ob hoc et tremens, atque secundum illam fortassis haemorrhoyssam, quae a Salvatore sanata est latitans; formidabat enim et haec apte, nequando martyres, a quibus furto sanitatem abstulerat, intelligerent, et manifestam eam omnibus facerent, sicut et illam Dominus publicavit, quae et illum et omnes latere putabat. Sed nec

νη τότε τὸν κύριον· οἱ γὰρ ἅγιοι ἐν μέσοις τοῖς ὄχλοις κρυπτομένην αὐτὴν θεωρήσαντες, πάντων εἰς μέσον καὶ μὴ θέλουσαν ἄγουσιν, καὶ πάντων ἐν ὄψεσι θριαμβεύουσιν· οὐχ ὡς τι τῶν ἀτόπων ποιήσασαν, ἀλλ᾽ ὡς πίστει τὴν σωτηρίαν κερδάνασαν, καὶ πρὸς αὐτῶν εἰκότως ἀκούουσαν, θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέν σε, πορεύου εἰς εἰρήνην.

Ἐλπιδία γὰρ τουτὶ τὸ πιστότατον γύναιον, τὸ τῆς αἱμοῤῥύας ἔσχεν ἀῤῥώστημα, ὑφ᾽ οὗ δεινῶς κατετήκετο καὶ μᾶλλον ἀφειδῶς ἀνηλίσκετο, πηγὴν στελλομένην τοῦ πάθους οὐκ ἔχουσα, οὐκ ἀεννάου νάματος, ἀλλὰ βρύοντος αἵματος· καὶ κρουνὸς ἀεὶ διαινόμενος, οὐκ ἀργυ-

ista latuit nunc eos qui se sanam fecerant; quemadmodum nec illa tunc Dominum; sancti enim in medio turbarum etiam volentem adducunt, et coram omnibus manifestant; non quasi quid pravum fecerit, sed tamquam eam quae fide salutem lucrata sit, et ab eis convenienter audierit, confide filia, fides tua te salvam fecit, vade in pace.

Helpidia enim haec fidelissima mulier sanguinis fluxus habuit aegritudinem, a qua tabefiebat atrociter, et sine ulla parcitate consumebatur, fontem habens passionis qui non deficiebat, non tamen laticibus perennibus fluentem, sed sanguinis rivulis emanantem, neque argenti specie aquas

ροειδέσι τοῖς ὕδασιν ἀλλὰ φοινικόχρωσι στάζουσιν αἵμασιν· ἐντεῦθεν νεκρὰ μὲν ἐν ζῶσιν ἐφαίνετο, τοῦ ἐρυθραίνοντος ἐπιλείποντος αἵματος· ἐν νεκροῖς δὲ πάλιν οὐκ ἐλογίζετο, ἔτι τοῦ ζωτικοῦ ψυχοῦντος αὐτὴν καὶ συνέχοντος πνεύματος· ἐκ τούτου φυγεῖν θέλουσα τοῦ νοσήματος, τοὺς φυγαδεύειν αὐτὸ ἐπαγγελλομένους ἰατροὺς ἐπεδίωκεν, ἐκείνους ἀεὶ μετὰ πλείστης σπουδῆς ἀνιχνεύουσα, τοὺς δι' ἐξοχὴν ἐνδεδυμένους τοὺς τρίβωνας, καὶ πάντα τὰ τῆς τέχνης αὐχοῦντας ἐπίστασθαι, καὶ τοὺς μανθάνειν ἐθέλοντας, ἐν ὀφρύει τὸν λόγον ὡς ἐν εἰδήσει τῶν ἔργων διδάσκοντας· οὓς εὐθηνοῦντας μὲν ἀνὰ τὴν πόλιν ὡς ἤθελεν εὕρισκεν, σπανίζοντας δὲ πρὸς ἴα-

habentem, sed phoenicei coloris sanguinem distillantem. Ac per hoc mortua quidem inter viventes apparebat, deficiente sanguine, qui ruborem vultus praestat: et rursus in mortuis esse non aestimabatur, eo quod hanc vividus adhuc spiritus animaret, et contineret. A quo languore fugere volens, medicos qui fugare hunc repromitterent, persecuta est, illos semper multo studio investigans, qui propter eminentiam tribonibus induebantur, et omnia quae sunt artis se nosse gloriabantur, et eos qui discere vellent, in supercilio verborum aeque ut in scientia operum edocebant; quos habundare per civitatem, ut vole-

σιν οὐχ εὕρισκεν ὡς ἠβούλετο· ἑκάστου γὰρ αὐτῶν πεῖραν λαμβάνουσα, ὡς οὐ πειραθεῖσα πρὸς ἄλλον μετήρχετο, καὶ καθ' ἕνα τοὺς πάντας ἀμείψασα, τὸ κατέχον αὐτὴν οὐκ ἥλαττε νόσημα.

Ὅτε δὲ πάντα τὸν βίον αὐτῆς καὶ τὴν ὕπαρξιν εἰς ἰατροὺς ἐδαπάνησε, καὶ τὸ πάθος φυγεῖν οὐκ εὐπόρησε, οὔτε παραμυθίαν τινα ταῖς ἀλγηδόσι πορίσασθαι, εἰ καὶ τὴν ἀπορίαν πάντων ἀναλωθέντων εἰς αὐτοὺς ἐπορίσατο, ἐπὶ Κῦρον καὶ Ἰωάννην ἠρέμα πῶς ἔρχεται, κλέψαι μελετῶσα τῇ πίστει τὴν ἴασιν· εὔκαιρον δὲ καιρὸν πρὸς τὴν κλοπὴν ἀναμένουσα, καὶ τὴν ὥραν φυλάττουσα καθ' ἣν σκυλῆσαι τὴν θεραπείαν

bat inveniebat, sed raros ad sanitatem idoneos inveniebat; uniuscuiusque enim illorum experimento accepto, quasi non experto, transibat ad alium, et per singulos, omnes remunerabat; sed languorem, qui se habebat, non minorabat.

Cum autem omnem victum suum atque substantiam in medicis consumpsisset, et passionem effugere minime valuisset, sed nec requiem doloribus mercari quamlibet potuisset, licet solam egestatem omnibus in eos expensis acquisierit, ad Cyrum et Iohannem pedetemptim accedit, fide furari meditans sanitatem. Verum dum tempus opportunum ad faciendum furtum expectat, dum

ἠδύνατο, νυσταγμῷ βαθεῖ καταφέρεται καὶ ὕπνῳ συλᾶται, πρὶν ἢ συλήσει τοὺς μάρτυρας· καὶ κλέψαι τὴν ἴασιν θέλουσα, αὐτὴ τοὐναντίον ἐκλέπτετο· καὶ κλαπεῖσα πάλιν περὶ τῆς κλοπῆς ἐβουλεύετο· ἀλλ' ἰδοῦσα τούτους, ὡς ἀκουσίως ἐκάθευδε, τὴν κλοπὴν ἐφοβήθη ποιήσασθαι· διορύξαι γὰρ τὸν θησαυρὸν οὐκ ἐθάρσησε, ἀλλήλους βλέπουσα τοὺς ἁγίους φυλάττοντας, καὶ μὴ δυναμένους ὑπό τινος εἰ μὴ θέλοιεν κλέπτεσθαι.

Αὐτοὶ δὲ τὸν σκοπὸν τοῦ γυναίου νοήσαντες, καὶ τὴν πίστιν ἀποδεξάμενοι, καὶ τὴν φανερωθεῖσαν εὐλάβειαν, πρὸς αὐτὴν παραγίνονται, καὶ τῆς ῥώσεως τὸ δῶρον χαρίζονται, καὶ τοῦ

horam qua curationem praedari posset observat, dormitatione profunda deprimitur; et a somno dispoliatur, priusquam dispoliet martyres; et furari sanitatem volens, ipsa enim e contrario furtim adimitur, furtoque adempta, de furto rursus iniebat consilium. Sed his visis, cum sine voluntate dormiret, furtum facere timuit, suffodere namque thesaurum non praesumsit, sanctos videns invicem observantes, et non posse furtim a quoquam, nisi voluissent, auferri.

Ipsi autem cum mulieris intentionem intellexissent et fidem, ac manifestam sibi et notam eius religionem admisissent, ad eam veniunt, et in-

πάθους τὴν τριπόθητον ἴασιν· οὐχ ὡς ἀγνοοῦντες συλούμενοι, ὡς λέγειν τινὲς ἐπὶ τοῦ σωτῆρος ἐτόλμησαν, εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα τιθέμενοι, καὶ ἀδικίαν εἰς ὕψος φθεγγόμενοι, καὶ τῇ γλώττῃ τὴν γῆν διερχόμενοι, καὶ κάκιστα λέγοντες· πῶς ἔγνω ὁ θεός; καὶ εἰ ἔστιν γνῶσις ἐν τῷ ὑψίστῳ; οἳ τοῖς εἰποῦσιν αὐτῷ, διά τί σὺ ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς ἑαυτὸν θεὸν συνταχθήσονται· καὶ τὴν κληρουχίαν αὐτοῖς τοῦ ἄφρονος συμμερίζονται· ἀλλ' ἐν γνώσει φιλανθρώπῳ τὰς ἰάσεις παρέχοντες, ὡς ἐκ πάντων αὐτῶν τῶν θαυμάτων μανθάνομεν.

Ἐπιστάντες οὖν, ὡς ἐλέγομεν, μυρσίνην ἐν οἴνῳ βαλεῖν, καὶ τοῦτον πιεῖν ἐπιτάττουσιν· ἡ δὲ

columitatis munus condonant, et passionis ter desiderabilem sanitatem, non quasi ignorantes furtim expoliati; sicuti quidam super Salvatore dicere praesumpserunt, in caelum os ponentes et iniquitatem in excelsum loquentes, et lingua terram transeuntes, et pessime perhibentes, quomodo scivit Deus? et si est scientia in excelso? Qui cum his, qui dixerunt: quare tu homo cum sis, facis te ipsum Deum? connumerabuntur, et sortem sibi insipientis dispertientur. Sed in scientia misericordi sanitates praestantes, sicut ex omnibus eorum miraculis diximus.

Astantes ergo, ut dicebamus, myrtum in vinum

μετὰ τὸν ὕπνον τοῦτο ποιήσασα, εὐθέως ἰᾶτο τῆς μάστιγος· τὸ γὰρ αἷμα τὸ ἀπ' αὐτῆς ἀστάτως ῥέον τῆς τοῦ φαρμάκου παρουσίας αἰσθόμενον ἵστατο· καὶ τούτου διὰ στόματος καταῤῥέοντος, αὐτὸ καταῤῥεῖν ἐκωλύετο, στάσιν ἀντὶ ῥεύσεως παιδευόμενον, καὶ φύσιν ἔκλυτόν τε καὶ ἄστατον, εἰς σταθηρὰν καὶ στερέμνιον ἀλλαττόμενον, μᾶλλον δὲ παντελῶς συστελλόμενον, καὶ τὸ εἶναι καὶ ῥεῖν καθόλου παυόμενον. Ἐλπιδία μὲν οὕτω τῆς ῥώσεως ἔτυχε, καὶ τὴν ὑπὲρ ταύτης χάριν τοῖς δεδωκόσιν προσάξασα, εἰς εἰρήνην πορεύεσθαι πρὸς αὐτῶν ἀπελύετο· ἡμεῖς δὲ τὴν εἰρήνην εὐξάμενοι, καὶ διπλῆν τὴν χάριν ὑπὲρ εἰρήνης καὶ θαύματος θεῷ τε καὶ

ἁγίων μέρος κατήγαγεν εἰς τὸ τούτων σεβάσμιον τέμενος, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ διαφόροις κρατουμένοις νοσήμασιν, καὶ τὴν αὐτῶν ἀρωγὴν προσδεχομένοις διένειμε· τοῦτο δρῶν πολλοῖς διέμεινεν ἔτεσιν μέχρις ἔναγχος τὴν ϖαροῦσαν ζωὴν ἀπολέλοιπεν.

Ἀντώνιος μὲν οὖν οὕτως ἀγνώστως ἐνόσησεν, καὶ νόσον ἄγνωστον ἔσχηκεν, καὶ ῥῶσιν ἄγνωστον ἔλαβεν. Ἀφναῖτις δέ τις γυνὴ, κώμης τοῦτο τῶν κατ' Αἴγυπτον ὄνομα, ὅθεν αὕτη γεγένητο, Ἀναστοῦν αὐτὴν ἐκάλουν οἱ γνώριμοι, πάθει παραπλησίῳ δουλεύουσα, οὔτε γὰρ τὴν νόσον ἐγίνωσκεν, οὔτε τῆς νόσου τὴν πρόφασιν, καὶ μήτε πρὸς ἰατροῦ κερδάναι δυνηθεῖσα τὴν

vit, vindemiavit, calcavit, sanctorumque partem ad horum templum deposuit, et his qui in eo diversis a languoribus tenebantur, eorumque praestolabantur opem, distribuit. Hoc autem gerens multis permansit annis, donec videlicet praesentem nuper vitam deseruit.

Itaque Antonius quidem ita ignoranter elanguit, et languorem ignotum habuit, et sanitatem accepit ignotam. Aphantis * autem quaedam mu- * ita cod.
lier, castelli est hoc apud Aegyptum nomen, unde haec fuerat, Anastun hanc noti vocabant, quae passioni simili serviens, nam neque languorem sciebat, neque languoris occasionem, et neque a

ἴασιν, ἢ τοῦ πάθους τὴν εἴδησιν, ἀλλ' ἐν ἀμφοῖν ἀπορήσασα, πρὸς τοὺς μάρτυρας ἔρχεται, πάσαις αὐτοὺς ἀπορείαις ἰσχύοντας πόρον ἐνθῆναι πιστεύουσα· ἔσχε δέ τινα διαφορὰν πρὸς Ἀντώνιον, οὐ μόνον τῆς φύσεως, τοῦτο γὰρ πρόδηλον, ἀλλὰ καὶ τοῦ λεχθέντος νοσήματος· δι' ὃ καὶ κοινῶς αὐτοὺς ἀμφοτέρους τετάχαμεν, διὰ τὴν τῶν παθῶν ὁμοιότητα· καὶ ἰδίως ἑκάτερον φέρομεν, τὴν διαφορὰν τῆς νόσου μηνύοντες· ἐκεῖνος μὲν οὖν τὰ ἔνδον ὑπενόει βιβρώσκεσθαι, αὕτη δὲ μολιβδήνου τινὸς βάρους ᾐσθάνετο· καὶ ὁ μὲν χρόνοις δύο θεραπεύεται, ἡ δὲ τρισσὶ τὴν νόσον διέφυγεν· καὶ ὁ μὲν ἀφανῆ τὴν ῥῶσιν ἐδέ-

medico lucrifacere sanitatem valebat, aut saltem passionis notitiam, sed in utroque deficiebat, ad martyras venit, qui adversus omnes praevalent difficultates, passioni exitum imponere credens. Verum quamdam habuit ab Antonio differentiam non solum sexus, hoc enim perspicuum, sed et praedicti languoris; propter quod et communiter utrumque posuimus, propter passionum similitudinem; et proprie utrumque proferimus, diversitatem languoris insinuantes. Denique ille quidem intus se comedi aestimabat, haec autem quoddam onus plumbeum sentiebat; et ille quidem annis curatus duobus, haec autem in tertio evadit languorem; et hic quidem invisam sanitatem ac-

ξατο, ἡ δὲ φανερῶς τὸ τῶν ἀλγηδόνων κατήγαγεν αἴτιον· λίθος οὗτος ἐτύγχανεν ὠοῦ μεγάλου φέρων τὸ μέγεθος καὶ πάντας ἐκπλήττων ὁρώμενος, ὃν καὶ πρὸ τῆς τῶν ἁγίων θήκης αἰώρησεν, ἐπ' ἔτεσι πλείοσι φαίνεσθαι πρὸς μνήμην τοῦ θαύματος, καὶ τῶν δεδρακότων ἀνάμνησιν· ὅθεν καὶ ἡμεῖς τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν στήσαντες, τοὺς ἁγίους ὑμνήσωμεν, τῆς ἑκατέρων γνώσεως ἕνεκα, μᾶλλον δὲ ῥώσεως, καὶ φροντίδος τῆς εἰς τοὺς πρόσφυγας· οὐ θεραπείας γὰρ μόνον τῶν νοσημάτων φροντίζουσιν, ἀλλὰ καὶ τροφῆς καὶ σκεπάσματος κήδονται, ἑτέρας δῶρον ἰάσεως τῷ λόγῳ κηρύξωμεν.

cepit, ista vero manifeste dolorum causam deposuit. Lapis erat hacc ovi magni magnitudinem ferens, et omnes stupefaciens visus, quem et ante sanctorum thecam suspendit, ut per annos plurimos csset omnibus manifestus, ad memoriam miraculi, et patrantium praeconum. Undc et nos de illis narratione ponderata, sanctos ob utriusque sanitatem ct curam quam circa profugos agunt laudemus. Non enim tantum super curatione languorum solliciti sunt, sed et escae ac operimenti providentiam gerunt; et alterius sanitatis munus sermonibus praedicemus.

μθ. ΠΕΡΙ ΠΙΑΜΩΘ ΚΑΙ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΩΝ ΝΟΣΦΙΣΑΜΕΝΩΝ ΤΑ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ ΚΑΡΠΟΦΟΡΗΘΕΝΤΑ.

Πιαμῶθ ὁ αἰγύπτιος μαρτύρων μάστιγος πειραθεὶς καὶ δωρήματος, ἐκείνοις ὀφείλει συντάττεσθαι, οἷς ἐν τοῖς εἰς ἀλεξανδρέας γραφεῖσι θαύμασι παρεθέμεθα, ὅτε περὶ τοῦ τῶν ἁγίων ἐμβριθοῦς τε καὶ στύφοντος τὴν γραφὴν ἐποιούμεθα· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτον ἐκεῖσε τεθῆναι τὸ γένος ἐκώλυσε, ἐπὶ καιροῦ παραγέγονε, δι' αὐτοῦ τὴν μαρτυρικὴν ἰσχὺν ἐνδειξόμενος· καὶ ὡς οὐ μόνον ἀλεξανδρέας τοὺς γείτονας εἰς αὐτοὺς παροινοῦντας ἀμύνασθαι δύνανται, τοῦτο γὰρ οἱ προλαβόντες παρέστησαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πόῤῥω διάγοντας, ὥσπερ καὶ

49. DE PIAMOTH ET GEORGIO QUI SANCTORUM OBLATIONES FRAUDATI SUNT.

Piamoth aegyptius martyrum flagellum et munus expertus, illis debuit sociari, quos inter miracula quae in Alexandrinos scripta sunt interposuimus, quando de sanctorum constantia et severitate faciebamus scripturam. Sed quia hunc illic poni genus prohibuit, tempore opportuno accessit per se martyricam fortitudinem ostensurus, et quod non solum in Alexandrinos, qui iuxta sunt, cum in se peccant, possunt ulcisci; hoc enim qui praecesserunt exhibuerunt; sed et in procul de-

τὰς ἰάσεις, οὐ μόνοις τοῖς πέλας, ἀλλὰ καὶ τοῖς πόῤῥω χαρίζονται.

Πιαμὼθ μὲν οὖν ἀθηροφάγος ἐτύγχανεν· δῆλον δὲ τὸ ἔθνος, ὡς χαλεπόν τε καὶ βάρβαρον, καὶ θηρῶν ἀγρίων οὐδὲν διενήνοχε, καὶ τὴν κλῆσιν δὲ φερώνυμον λέγουσιν· ἀεὶ γὰρ οὗτοι τὴν ἀθῆραν ἐσθίουσιν· ἀθῆραν δὲ προσαγορεύουσιν τὸν ἄρτον τὸν ἐν χύτραις μετὰ πέψιν ἑψώμενον· ὁ δὲ Γεώργιος ἐκ κώμης ὥρμητο τῆς κατὰ Σαῒν τὴν πόλιν Μετήλεως· τούτοις ἐκ διαφόρων ἐρχομένοις τόπων προσκυνῆσαι τοὺς μάρτυρας, γύναια δύο διάφορα, καὶ τόπων διαφόρων ὁρ-

gentes; sicut sanitates, etiam non modo his qui prope sunt tribuunt, sed et his qui longe sunt, conferunt.

Ergo Piamoth quidem atherophagus erat; clarum autem est quod et gens sic vocitetur, tamquam saeva et barbara, et quae a feris nihil bestiis distet. Porro et vocabulum pheronymum dicunt, semper enim isti atheran comedunt; atheran autem nuncupant panem qui post coctionem rursus in ollis decoquitur. Praeterea Georgius possessionis erat cuiusdam apud Aegyptum degentium (1). His a diversis venientibus locis martyras adorare, mulieres duae diversae ac diversorum

(1) Immo graece: *oriundus erat pago Metelide circa urbem Sain.*

μώμενα, προσφορὰς διαφόρους τοῖς ἁγίοις προσφέρειν παρέχουσιν· τῷ μὲν γὰρ Πιαμὼθ τριμήσια δύο δέδωκεν· ὗν δὲ καὶ τῷ Γεωργίῳ παρέσχε τὸ ἕτερον· ἃ δι' ἑαυτὸν μὲν ἔλεγον ἐνέγκαι συντάξασθαι, μὴ δυνάμεναι δὲ ταῦτα δι' ἑαυτῶν προσενέγκασθαι, ἀνάγκῃ τινὸς τὴν πορείαν κωλύοντος, διακόνοις τούτοις ἐκέχρηντο, ἵνα ταῦτα φασὶν ἀπιόντες, τοῖς ἁγίοις ὑπὲρ ἡμῶν προσκομίσητε· χρέος γὰρ ταῦτα καὶ οὐ δῶρον τυγχάνουσιν· οἱ δὲ τὰς αἰτήσεις τῶν γυναίων δεξάμενοι, σὺν αὐταῖς καὶ τὰ διδόμενα δέχονται, οὐ φιλαδελφίας ἕνεκα καὶ τιμῆς τῆς πρὸς τοὺς μάρτυρας, ὑπῆρχον γὰρ ἂν καὶ μακάριοι, μαρτυρικοῦ σεβάσματος καὶ φιλαλληλίας χά-

locorum oriundae, oblationes diversas sanctis tribuunt offerendas : nam harum quidem altera Piamoth trimisia duo tribuit, suem autem Georgio praebuit altera; quae per se quidem oblaturas se vovisse dicebant, sed cum haec per se deferre non possent, necessitate cuiusdam qui viam impediebat, his qui ministri opus habebant, ut haec aiunt abeuntes offeratis sanctis pro nobis; debitum enim haec, et non donum consistunt. At illi postulationibus feminarum acceptis, cum eis etiam quae dantur assumunt, non amoris fraternitatis vel honoris martyrum causa, essent enim beati si martyrici cultus, et mutui amoris gratia haec egis-

ριν τοῦτο ποιούμενοι· ἀλλ' ὅτι κλέπται ἦσαν· τοῦτο γὰρ καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν κατὰ τὸν θεῖον Ἰωάννην ἐστὶν ἁρμόδιον· καὶ τὸ δοθὲν οἰκεῖον προσεδόκων λημμάτιον· ὃ καὶ πεπράχασιν, ἀγνοεῖν τοῦτο τοὺς ἁγίους οἰόμενοι· ἀλλ' ὄντως οἱ δείλαιοι ἀμφότεροι κακῶς πραγματεύονται· εὐτελέσι γὰρ λήμμασι καὶ σμικροτάτοις πάνυ τιμήμασιν, βασάνους μεγάλας κομίζονται, καὶ τιμωρίας οὐ μετρίας ὑφίστανται· ἵν' αἰγυπτίων πάντων παιδευταὶ γένοιντο καὶ διδάσκαλοι, ἁγίους σέβειν ὡς ὤφελον, καὶ τῆς αὐτῶν μὴ καταπτύειν δυνάμεως· λαβόντες γὰρ τῶν γυναίων τὰ τάγματα, καὶ πρὸς προσευχὴν ἀφικόμενοι, ταῦτα καθ' ὁδὸν δαπανήσαντες, πάλιν ἀπέρχον-

sent, sed quia fures erant; hoc enim etiam de his secundum divinum Iohannem apte dicendum est; et quod datum fuerat, proprium expectabant munusculum facere, quod et gesserunt, hoc sanctos ignorare putantes. Sed vere miseri ambo male mercati sunt; vilibus enim acceptionibus et valde modici pretii tormenta magna percipiunt, et poenas haud mediocres incurrunt, quo Aegyptiorum omnium eruditores fierent et magistri, sanctos ut debitum est colendi, eorumque virtutem minime respuendi. Acceptis enim mulierum votis, ad orationem profecti sunt, et his in via consumptis, redeunt, cum Cyro nihil et Iohan-

ται, Κύρῳ μηδὲν καὶ Ἰωάννῃ τοῖς μάρτυσι, ὧν ἐκομίσαντο, προσκομίσαντες.

Καὶ τούτων γιγνωσκομένων ἐμακροθύμουν οἱ ἅγιοι, τὴν μετάγνωσιν αὐτῶν ἀναμένοντες, καὶ τὸν δεσπότην Χριστὸν καὶ ἐν τούτῳ φιλανθρωπίᾳ μιμούμενοι· ἀλλ' ὡς ἴδον καταλαβόντας τὰ ἴδια, καὶ πρὸς μὲν ἑαυτοὺς ἀναστρέψαντας, οὐκ ἀναστρέψαντας δὲ πρὸς μετάνοιαν, ἀξίως ἀμφοτέρους αἰκίζονται· τοῦ μὲν Πιαμὼθ πόδας καὶ χεῖρας συνδήσαντες, καὶ πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα ταῖς τῆς παρέσεως ὀδύναις μαστίξαντες· Γεωργίου δὲ, τοῦτον συγκαταβρώξαντι πονηροτάτῳ δαίμονι τὴν εἰσβολὴν συγχωρήσαντες· γνόντες δὲ θᾶττον οἱ τάλανες τοὺς κακώσαντας, καὶ διαρ-

ni martyribus ex his quae collata fuerant, obtulissent.

Et his gestis, aequanimiter ferebant sancti, paenitentiam eorum expectantes, et domini Christi etiam in hoc misericordiam imitantes. Sed cum vidissent eos ad propria remeasse, et ad se conversos, non autem conversos ad paenitentiam, digne flagellant utrumque; Piamoth quidem manus et pedes colligantes, et totum corpus eius paralyseos doloribus verberantes; Georgii autem, qui cum altero acceptum porcum * comederat, pessimo daemonio introitum indulgentes. Cumque maturius

* Videtur Anastasius legisse τούτῳ ὃν συγκαταβρώξαντος.

ῥῆδην πᾶσιν ὁμολογήσαντες τοῖς οἰκείοις τὰ πταίσματα, αἰτήσαντες δὲ καὶ τὰ γύναια τὰ τὰς προσφορὰς αὐτοῖς παρασχόμενα, κατάραις αὐτοῖς μὴ καθάπτεσθαι, πρὸς τοὺς ἁγίους ὡς οὐκ ἤλπισαν ἔρχονται, καὶ συγγνώμης τυχεῖν ἐλιτάνευον ὧν εἰς αὐτοὺς ἡμαρτήκασιν, σωφρονεῖν τοῦ λοιποῦ συνταττόμενοι.

Οἱ δὲ μάρτυρες τὸν Πιαμὼθ ἐπὶ μῆνας ἓξ αἰκισάμενοι τῶν βασάνων ἀφίασιν· καὶ τὸν τρόπον δὲ λέξομεν τῆς ἀφέσεως· ἔστιν γὰρ διηγήσεως ἄξιος· ἐκάθευδε Πιαμὼθ ἐπὶ στρώματα, καὶ βλέπειν ἐδόκει τοὺς ἁγίους ὁράματι ταῦτα προσελθόντας καὶ λέγοντας· θέλεις τυχεῖν τῆς ἰάσεως καὶ φυγεῖν τῆς νόσου τὴν βάσανον; ὁ δὲ

miseri affligentes se cognovissent, et palam omnibus suis proprias confessi culpas fuissent, postulassentque feminas, quae oblationes sibi praebuerant, ne se maledictionibus impeterent, ad sanctos sicuti non speraverant veniunt, et veniam de his quae in eos peccaverant impetrare deprecabantur, corrigi de cetero pollicentes.

Martyres autem cum Piamoth per menses sex verberassent, a suppliciis dimiserunt. Et modum quoque dicemus dimissionis; est enim narratione dignus. Dormiebat Piamoth, et aspicere sanctos in visu putabat ad se venientes atque haec dicentes: vis adipisci sanitatem et fugere a languoris

καὶ μάλα, πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίνατο· εἰ βούλῃ φασὶν ταύτην ἐκδύναι τὴν μάστιγα, τὰ δύο τριμήσσια κόμιζε, ἅπερ λαβὼν οὐκ ἐκόμισας, καὶ κομίζου θᾶττον τὴν ἴασιν· ὁ δὲ στραφεὶς, οὐδὲ γὰρ ἦν αὐτὰ παρασχόμενος, οὐδὲ κομίσας ἐρχόμενος, τοῖς γνωρίμοις τὸν ὄνειρον ἤγγειλεν· οἱ δὲ τοῦτο τὸ λεχθὲν ἀργύριον ἐν χρήσει διδόασιν, ὅπερ λαβὼν ὁ νοσῶν καὶ προσενέγκας τοῖς μάρτυσιν, τῶν πληγῶν ἀπολύεται, παιδευθεὶς αὐτῶν τὴν ἐξαίσιον δύναμιν, καὶ τοιαῦτα μηκέτι τολμᾶν ἐπομνύμενος· Γεώργιον δὲ τοῦ πονηροῦ δαίμονος οὔπω λυτροῦσθαι κεκρίκασιν ἄξιον, ἀλλ' ἐπεὶ παρ' αὐτοῖς δι' αὐτοῦ παιδευόμενον ἔχουσιν, καὶ κοσμεῖν αὐτῶν τὸν νεὼν

supplicio? At ille ad eos : et valde, respondit. Si vis, aiunt, hoc flagellum evadere, duo trimisia defer quae accepisti et non attulisti, et reporta celerius. Ast conversus, neque enim illa tribuerat, neque cum veniret attulerat, notis somnium indicavit; qui huic praedictam pecuniam commodant, qua languidus accepta, martyribusque oblata, a plagis dimittitur, mirandam eorum virtutem expertus, et ultra se talia non praesumpturum iureiurando pollicitus. Georgium autem a nequam daemonio, necdum liberare iudicavere dignum, sed adhuc penes se per illud erudiendum habent, et purgare bis suum in die templum san-

δὶς τῆς ἡμέρας ἐθέσπισαν, ὅπως ἂν κάτω βλέπων συχνότερον, καὶ τὸ νῦν ὃν εἰλήφει μιμούμενος, μνημονεύοι τοῦ πταίσματος, καὶ μεταγινώσκοι τοῦτο κακίστως πραξάμενος· ἡμεῖς δὲ καὶ διὰ τούτων τῶν ἁγίων ἐγνωκότες τὴν δύναμιν, ἔργοις αὐτοὺς ἀγαθοῖς εὐμενεῖς ποιησώμεθα· καὶ διὰ ταῦτα πάλιν αὐτοὺς ἀνυμνήσαντες, εὐργεσιῶν αὐτῶν μᾶλλον ἑτέρων καὶ οὐκ ἀπειλῶν τοῦ λοιποῦ μνημονεύσωμεν.

ν. ΠΕΡΙ ΝΩΝΝΟΥ ΤΟΥ ΤΟΝ ΠΟΔΑ ΗΜΙΞΗΡΟΝ ΕΧΟΝΤΟΣ.

Ἐπειδὴ τὸ πρὸ τούτου τεράστιον οὐ μετρίως ἡμᾶς τὴν τῶν ἁγίων ἰσχὺν ἐξεπαίδευσεν, ἔδειξεν γὰρ ὅσον ἐμβριθεῖς εἰσὶ καὶ φιλάνθρωποι,

xerunt, quatinus deorsum saepe prospiciens, et in suem quem acceperat mutatus, recordetur delicti, et sese hoc nequiter egisse paeniteat. Nos autem etiam per hos agnita sanctorum virtute, operibus eos bonis placidos faciamus, et propter haec eos iterum laudibus efferentes, aliorum beneficiorum ipsorum, potius quam minarum, de cetero memoriam faciamus.

50. DE NONNO SEMIARIDUM PEDEM HABENTE.

Quoniam prodigium, quod ante hoc praecessit, non mediocriter nos virtutem sanctorum edocuit; ostendit enim quantum severi, quantumque sint

καὶ ὡς παιδεύουσι κατὰ λόγον τοὺς πταίοντας, καὶ πάλιν ἰῶνται τοὺς εἰς μετάνοιαν βλέποντας, ἐν ᾧπερ οὐκ ἔπρεπε τῶν εἰς αἰγυπτίους καὶ λίβυας πραχθέντων τεράτων τοῖς μάρτυσι, πέρας λαβεῖν τὴν διήγησιν, ἐξ εὐεργεσίας μὲν ἀρξαμένην καὶ συμπαθείας τῆς πρὸς τοὺς πάσχοντας, εἰς ἄμυναν δὲ καὶ πταισμάτων ὑπεξέλευσιν λήξασαν· ἀλλ' ὥσπερ ἐκ φιλανθρωπίας καὶ χάριτος ἤρξατο, οὕτω πρὸς τέλος καταπαῦσαι φιλάνθρωπον, κατὰ τὴν τοῦ κύκλου γραμμὴν ἐναρμόνιον, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἐλθοῦσα λαβεῖν τὴν κατάπαυσιν· οὐκοῦν ἀρχὴν καὶ τέλος ἐχέτω φιλάνθρωπον· οὕτω γὰρ καὶ τὰ μέσα πέρασι τοιούτοις κρατούμενα, φιλάνθρωπα

misericordes, et quam corripiant rationabiliter hos qui ad paenitentiam spectant; in quo non decuerat narrationem prodigiorum in Aegyptios et Libyos a martyribus patratorum sumere finem, ita ut a beneficio et compassione circa languentes sit inchoata, et in ultionem ac vindictam excessuum terminata; sed sicut a misericordia et gratia coepit, ita in finem desinere misericordem, secundum aptam lineam cycli quae cum ab eodem motus sumat initium, in idipsum rursus cessationem sumptura recurrit. Ergo principium et finem misericordia teneat; sic enim et media cum talibus ter-

πάντως κριθήσεται " καὶ διὰ σαρκικὸν ἡμῖν φρόνημα τὰ μὴ τοιαῦτα τυγχάνειν νομίζηται * ,, ἐκεῖνο τοίνυν ὡς δοκοῦν λυπηρὸν παρελεύσαντες, ἐν τούτῳ τὴν εἰς αἰγυπτίους καὶ λίβυας γραφὴν συνπεράσωμεν· καὶ οὕτως σὺν θεῷ καὶ τοῖς μάρτυσι τῶν ἐπὶ ξένοις γεγονότων θαυμάτων ἀρξώμεθα· εἶναι δὲ τοῦτο καλὸν ὑπειλήφαμεν, ἵν' ἀπ' αἰγυπτίων ἀρξάμενοι, εἰς λίβυας καταλήξωμεν καὶ ἐν αὐτοῖς καταπαύσωμεν· ὡς ἂν οἱ μὲν τὴν ἀρχὴν, οἱ δὲ τὸ τέλος τῆς διηγήσεως κληρωσάμενοι, πρὸς ἀλλήλους οὐδὲν διαμάχωνται, ὡς λιβύων μᾶλλον καὶ οὐκ αἰγυπτίων, ἢ ὡς αἰγυπτίων καὶ οὐ λιβύων ὄντος τοῦ γράμματος, ἀλλὰ κοινὸν αὐτὸ λογισάμενοι ὡς πρέπει κοινῷ πρὸς ἑαυτοὺς εἰρηνεύοιεν.

* haec desunt in cod.

minis confirmata misericordia nimium cernentur. Illud igitur utpote triste putatum praetereuntes, in hoc scripturam quam in Aegyptios et Libyos scripsimus, terminemus. Sicque cum Deo et martyribus miracula, quae in exteris facta sunt, inchoemus. Porro et hoc esse bonum arbitrati sumus quod ab Aegyptiis incipientes in Libyos desinamus, quatinus alii illi quidem principium, alii vero narrationis finem sortiti, adversus invicem nullatens dimicent, quasi Libyorum potius et non Aegyptiorum, vel quasi Aegyptiorum et non Libyorum scriptnra consistat; sed commu-

Παρείτω γοῦν ἡμῖν εἰς μέσον ὁ Νῶννος πληρῶν ἐφ᾽ ἑαυτῷ τὴν διήγησιν, καὶ πέρας ἐπιτιθεὶς τοῖς γραφεῖσιν εἰς αἰγυπτίους καὶ λίβυας θαύμασιν, ὡς καὶ Λιβύην, καὶ Νικίου τῆς ἐκεῖσε πόλεως ὥρμητο, καὶ τῶν ἐν πλούτῳ γνωριζομένων ἐτύγχανεν, καὶ γένει διέπρεπεν ἐπισήμῳ κατὰ χώραν ὑπάρξαντι. Νῶννος οὖν οὗτος ὁ ἐν πολλοῖς λαχὼν τὸ ἐξαίρετον, καὶ πάθει δεινῷ διέλαμπε σώματος· τοῦτο δ᾽ ἦν αὐτοῦ τὸ ἀῤῥώστημα, τοῦ δεξιοῦ ποδὸς ἡ ἀσθένεια· τοῦτον γὰρ ἔσχεν ἡμίξηρον, ξύλου μηδὲν διαφέροντα, ἀλλὰ πάσης ποδῶν ἐνεργείας χηρεύοντα, καὶ σῶμα τὸ λοιπὸν μηδὲν εὐεργετῆσαι δυναμε-

nem hanc deputantes, communiter ut condecet pace mutua perfruantur.

Adsit itaque nobis Nonnus in medium veniens, et in se narrationem adimplens, et finem inponens miraculis quae in Aegyptios et Libyos scripta sunt, qui et libyus erat, et illic Nicii civitatis oriundus, et ex his qui in divitiis erant opinatissimi, et genere florebant apud regionem suam insigni. Nonnus ergo iste, qui in multis erat praecipuus, et crudeli corporis passione clarissimus. Haec autem erat aegrotatio, dextri pedis infirmitas; hunc quippe habebat semiaridum, a ligno sicco nihil distantem, sed omni pedum operatione carentem, corporisque residuo nil prodes-

νον, ἀλλὰ καὶ βλάψαι τὰ μέγιστα· οὐ μόνον γὰρ οὐκ ἐβάσταζεν ὃ βαστάζειν πρὸς τοῦ πεπλακότος κεκλήρωτο, ἀλλὰ μάτην ἐκ τούτου μόνον ἐκρέματο, αὐανθέντα κλάδον καὶ τοῦ δένδρου κρεμάμενον, ὡς ἐν εἰκόνι φρᾶσαι, μιμούμενος· τάχα δὲ καὶ τούτου χείρων ὑπῆρχε τῷ σώματι· ὁ κλάδος μὲν γὰρ τὸ δένδρον ἴσως οὐδὲν τὸ φέρον αὐτὸν ἐλυμήνατο, ἀλλ' αὐτὸς μὲν οἷος ὑπῆρχε διέμενεν· τὸ δὲ δένδρον καὶ τεθηλὸς κατὰ τοὺς λοιποὺς αὐτοῦ κλάδους ἐφαίνετο καὶ τὸ στέλεχος, καὶ φύλλοις κατὰ καιρὸν ὡραΐζετο, καὶ καρποῖς εἰ τύχοι τοιοῦτον ἐβρίθετο, καὶ χωρεῖν ἐπ' αὐτῷ τὸν γεωργὸν παρεσκεύαζε, καὶ τῆς εὐλογίας αὐτοῦ κατὰ Παῦλον εἰπεῖν τὸν μα-

se, sed potius obesse valentem. Non solum enim non portabat quod portare a fictore sortitus est, sed in vanum ex hoc tantum pendebat, arefactum ramum et pendentem ab arbore, uti in imagine dixerim, imitatus. Fortassis autem et huius corpori peior erat; nam ramus quidem arborem quae se ferret, in nullo fortassis exterminaret, sed ipse qualis esset maneret; ast arbor etiam florens secundum reliquos ramos et stipitem videretur, et foliis secundum tempus decoraretur, et fructibus si contigisset huiusmodi gravaretur, et gaudere super se agricolam faceret, et de benedictionibus suis, ut iuxta Paulum dicamus, impertiretur, ab

χώριον μετελάμβανεν, οὐδὲν ἀπὸ τοῦ κλάδου τοῦ ξηρανθέντος βλαπτόμενον· ἐνταῦθα δὲ οὐ μόνον ὁ πούς τῆς οἰκείας ἐστέρητο (ἐνεργείας), ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸ σῶμα συναλγεῖν αὐτῷ κατηνάγκαζε· καὶ εἴθε ἦν ἀνενέργητος, καὶ μὴ παντὸς τοῦ σώματος τὴν ἀργείαν εἰργάζετο· εἶχε δὲ καὶ τούτου τί χαλεπώτερον· πάσχων γὰρ αὐτὸς καὶ ταῖς ὀδύναις κρατούμενος, συμπάσχειν αὐτῷ καὶ πᾶν μέλος ἐποίει τοῦ σώματος· ἀληθεύει γὰρ ὁ εἰπὼν πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος τῷ μέλει συμπάσχειν τῷ πάσχοντι· ὥσπερ καὶ δοξαζομένῳ ἑνὶ πεφύκασι συνδοξάζεσθαι.

Καὶ τοῦτο μὲν τοῦ Νώννου τὸ νόσημα, ὅπερ εὐθέως ἀρξάμενον, καὶ μὴ φανερὸν τοῖς πᾶσι γενόμενον ἰατρῶν ἔσχε πλῆθος ἀντίπαλον, καὶ

arefacto ramo nullatenus laesa. Hic autem non solum propria operatione carebat, sed et totum corpus otiosum secum fore cogebat. Et utinam esset sine operationis effectu, et non totius corporis ferias effecisset! Habebat autem hoc aliquid saevius; dum enim ipse pateretur, et a laboribus teneretur, compati sibi omne membrum corporis faciebat: veritatem namque dicit, omnia membra corporis membro compati patienti; sicut et gloriam habente, cetera constat simul glorificari.

Et hic quidem Nonni languor erat; qui mox ut coepisset nondumque omnibus manifestus es-

τούτων μάλιστα τοὺς ἐν λόγοις ἐξέχοντας· οἳ πολλάκις λόγους μόνον τοῖς νοσοῦσιν χαρίζονται, τούτων οὐδὲν εἰς ἔργον προφέροντες· ὅσῳ δὲ προέκοπτε, τοσοῦτον τοὺς μαχομένους ἔβλεπεν ἥττονας· καὶ ὅσον αὐτῷ τὴν αὔξησιν ἐπεδείκνυτο, τοσοῦτον αὐτοὶ κατὰ βραχὺν ἐσμικρύνοντο· ἕως ἐλθὼν πρὸς τὸ τέλειον, οἷον ἦν Γενόμενον γνώριμον, ἐπ' ἀδείας ἐτυράννει τὸν ἄνθρωπον, οὐδένα λοιπὸν ἔχον ἐν ἀνθρώποις ἀντίπαλον.

Τούτου δὲ τὴν νίκην κἀκείνων τὴν ἧτταν ὁ νοσῶν θεασάμενος, Κύρῳ καὶ Ἰωάννῃ τοῖς μάρτυσιν ὡς ἰατροῖς ἀηττήτοις προσέδραμεν, καὶ ὡς πάντα πράττειν ἰσχύουσιν ὅσα δρᾷν ἐθελή-

set, medicorum habebat multitudinem inimicam, et illorum maxime qui sermonibus excellebant, quique saepe verba sola languentibus donant, horum nil producentes in opus. Eo autem proficiebat, quo sibi repugnantes infirmiores aspiciebat; et quantum ipse incrementi monstrabat, tantum suae paulatim isti minorationis plorabant; donec veniens ad perfectionem, qualis esset effectus, dinosceretur; et licenter impeteret hominem, nullum habens inter homines hostem.

Huius autem victoria, illorumque superatione languidus visa, ad Cyrum et Iohannem martyres, tamquam ad insuperabiles medicos currit, quique omnia gerere queunt, quaecumque gerere

σωσιν· τοσαύτην γὰρ αὐτοῖς τὸ θεῖον παρέσχε τὴν δύναμιν ὡς πρὸς πᾶν ἀρκεῖν ἀῤῥώστημα δύνασθαι· ὅθεν τὸν ἄνδρα τῆς εἰς αὐτοὺς ἀγασάμενοι πίστεως, ἐναργοῦς ἠξίωσαν γνώσεως, ἧς καὶ πρὸ πείρας τὴν πίστιν ἐκέκτητο· καὶ νυκτὸς εἰς αὐτὸν ἀφικόμενοι, ἐλαίῳ τὸ φέγγος ἀκοίμητον παρὰ τὴν αὐτῶν σορὸν ἀπαυγάζοντι, ἢ κηρωτῇ τῇ κατὰ πάσης ἐχούσῃ νόσου τὸ δύνασθαι ἀλείφειν τὸν πόδα κελεύουσιν· ὃ ποιῶν μετὰ τὴν μαρτυρικὴν ἐπιφάνειαν, ὑγειᾶ καὶ τοῦτον ὡς τὸν ἄλλον ἐκτήσατο· ὡς λήθην παντοίαν ποιήσασθαι τὸ δῶρον λαβὼν τῆς ἰάσεως τοῦ πρὸ ταύτης χαλεποτάτου νοσήματος· λαμπρᾷ δὲ φωνῇ τοῖς ἁγίοις προσενέγκας τὴν αἴνεσιν, καὶ τὴν

volunt; tantam enim virtutem illis divinitas praestitit, ut adversus omnem languorem possint sufficere. Unde virum fidei erga se habitae admirantes, evidenti dignum fecere scientia, cuius scilicet fidem etiam ante probationem possederant. Et noctu ad eum venientes, oleo quo splendor non dormiens penes confessionem eorum radiabat, et cerote adversus omnem habente posse languorem, linire pedem praecipiunt; quo post martyricam illustrationem facto, sanum et hunc sicut alterum acquisivit, ita ut omnimodam oblivionem facceret, dono sanitatis accepto, saevissimi qui praecessit languoris. Praeterea clara voce laude sanctis

αὐτῶν ἀρωγὴν σύνοικον ἔχειν εὐξάμενος, χαίρων καὶ σκιρτῶν τοῦ τεμένους ἀπέρχεται· ἡμεῖς δὲ τούτων τῶν εἰς αἰγυπτίους καὶ λίβυας διηγηθέντων θαυμάτων, πέντε δὲ ταῦτα πρὸς τοῖς δέκα τυγχάνουσιν, τέλος τευξάμενοι, τοὺς τούτων θεραπευτὰς εὐφημήσωμεν μάρτυρας, καὶ τούτους ἡμῖν πρὸς συμμαχίαν καλέσαντες, ἐπὶ θείαν αὖθις ἀφήγησιν τῶν ἐπὶ λοιποῖς ἔθνεσι πραχθέντων θαυμάτων χωρήσωμεν.

oblata, cum habere cohabitatricem opitulationem eorum exoravisset, gaudens atque tripudians a templo recessit. Porro nos hunc miraculorum quae in Aegyptios et Libyos recensita sunt, quae quinque super decem sunt, finem facientes, martyribus qui horum sunt curatores benedicamus, et hos nobis in auxilium convocantes, ad divinorum relationem miraculorum, quae in reliquis gentibus gesta sunt, properemus.

ΑΡΧΗ ΤΩΝ ΕΙΣ ΞΕΝΟΥΣ ΓΡΑΦΕΝΤΩΝ ΘΑΥΜΑΤΩΝ.

να. ΠΕΡΙ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΤΟΥ ΠΑΘΟΝΤΟΣ ΕΠΙΧΥΣΙΝ.

Καιρὸς δ' ἂν εἴη λοιπὸν καὶ βραχέα τῶν ἐπὶ τοῖς ὀθνείοις γεγονότων τεράτων τοῖς μάρτυσιν, ῥωμαίοις τὲ φημὶ, καὶ γαλάταις, καὶ κίλιξι, ἀσιανοῖς τε, καὶ νησιώταις, καὶ φοίνιξι, βυζαντίοις τε καὶ βιθυνοῖς καὶ αἰθίοψι, θραξί τε καὶ μήδοις καὶ ἄραψι, παλαιστινοῖς τε καὶ σύροις καὶ ἐλαμείταις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τυγχάνουσιν ἔθνεσιν, τῷδε τῷ τῶν ἐγκωμίων παραθέσθαι συντάγματι· φέρειν γὰρ ἔτι τούτων

INITIUM MIRACULORUM QUAE IN EXTEROS SCRIPTA SUNT.

51. DE GEORGIO QUI CATARACTAS PERTULIT.

Tempus autem iam sit pauca etiam prodigiorum, quae a martyribus in exteris facta sunt, Romanis videlicet Galatis et Cilicibus, Asianis etiam et Insulanis atque Phoenicibus, Constantinopolitanis et Bithyniensibus et Aethiopibus, Thracensibus et Medis, Palaestinisque ac Syris et Elamitis, nec non omnibus quae sub caelo sunt gentibus, huic commendare laudem opusculo. Im-

οὐχ οἷός τέ εἰμι τὴν κατάῤῥησιν καὶ τὴν ἄπαυστον ὄχλησιν· ὅτι φασὶ τῶν ἁγίων ἀπροσωπολήπτως πᾶσι νεμόντων τὴν ἴασιν, καὶ πᾶσιν ἴσως ἐφαπλούντων τὰ δῶρα τῆς αὐτῶν ἀγαθότητος, τελευταίους ἡμᾶς ἐν ταῖς αὐτῶν εὐφημίαις τετάχατε, νωθροτέρους τάχα που καὶ ἀγνώμονας καὶ βραδεῖς πρὸς τὰς ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας χαριστηρίους ᾠδὰς αἰνιττόμενοι· καίτοι προκρίνεσθαι ἡμεῖς ἂν εἴημεν ἄξιοι, πολὺν ὑπομένοντες κάματον, ὁδοιπορίας τε κόπον ἀνύοντες, καὶ καὶ θαλαττίου καταπτύοντες κλύδονος, καὶ κινδύνων χαλεπῶν ἀνεχόμενοι, καὶ ἀναρίθμητα διαστήματα τέμνοντες, καὶ πόθῳ τῷ πρὸς τοὺς μάρτυρας ἀπ' αὐτῶν πρὸς αὐτοὺς τῶν ἐσχατιῶν

potens enim sum ego ad sufferendum horum ultra calumpniam et molestiam incessabilem; quoniam sanctis, aiunt, sine personarum acceptione distribuentibus omnibus sanitatem, et super omnes aequaliter expandentibus dona bonitatis suae, extremos nos in eorum laudibus ordinastis, imbecilliores fortassis et ingratos atque tardos nos ad gratiarum actionibus plenas pro collatis beneficiis odas. Praesertim cum nos digni simus praeferri, multum sustinentes laborem, itinerisque transigentes fastidium, et marinas respuentes procellas, et saeva pericula patientes, et innumera spatia recusantes, et amore circa martyras habito

ἀπερχόμενοι, καὶ πανταχόσε κηρύττοντες Κύρου καὶ Ἰωάννου τὰ θαύματα, καὶ τὴν ἄῤῥητον αὐτῶν καὶ θεόσδοτον δύναμιν· τούτων δὲ ἡμεῖς τὸν ζῆλον θαυμάζοντες, καὶ τὴν πρὸς τὰς τῶν ἁγίων εὐφημίας σπουδὴν ἀγασάμενοι, δι' ὀλίγων τὴν λύπην ἀκεσώμεθα, ἀπολογίας αὐτοὺς ἀξιώσαντες, καὶ τὸ καθ' ἡμῶν περιλύσαντες ἔγκλημα.

Ἤδη μὲν γὰρ προλαβόντες εἰρήκαμεν, ὅτι πίστεως ἕνεκα; τῶν ἐπ' ὀθνείοις γινομένων θαυμάτων τὰ ἐπὶ τοῖς αὐτόχθοσι λάμψαντα προεγράψαμεν, καὶ τὴν ὑπὲρ τούτων φθάνωμεν ἀπολογίαν ὑφάναντες· καὶ ὡς οὔτε τελευταίους ὑμᾶς ὡς ἀχαρίστους ἐτάξαμεν, οὔτε πρώτους ἐκείνους

ab ipsis ad eos novissimis finibus terrae abeuntes, et ubique praedicantes Cyri Iohannisque miracula, et ineffabilem eorum et attributam divinitus fortitudinem. Horum autem nos zelum mirantes, et pro tanto studio quod erga sanctorum laudes habebant obstupescentes, perpaucis tristitiam medeamur, eis rationem digne reddentes, et querelam quae adversus nos erat circumsolventes.

Denique iampridem diximus, quia causa fidei miraculis, quae in exteris facta sunt, ea quae super indigenis refulserunt, praeponentes descripsimus, et pro his apologiam texuisse dinoscimur; et quod neque ultimos vos velut ingratos posuerimus, neque primos illos quasi magis nobis de-

ὡς μᾶλλον ὄντας εὐγνώμονας· τὸ γὰρ ἐν τούτοις προταγῆναί τινα ἢ δεύτερον γραφῆναι τὸν ἕτερον, οὐδὲν οὔτε τὸν δεύτερον ἔβλαψεν, οὐδὲ τούτου τὸν λαβόντα δέδειχε κρείττονα· ἐπεὶ μήτε τοῦ ἀμπελῶνος ὁ δεσπότης τοῖς ἐργάταις τὸν μισθὸν παρεχόμενος, τῶν ἐσχάτων τοὺς πρῶτον ἐργασαμένους τιμιωτέρους ἡγήσατο· οὔτε τῆς μισθοδοσίας ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἀρξάμενος τοὺς προλαβόντας ἐμέμψατο, εἰ μὴ ζήλου πλησθέντες ἐγόγγυσαν, καὶ πλείω λαμβάνειν τῶν θεσπισθέντων ἠβούλοντο.

Ἐγὼ δὲ καὶ δέδοικα μήπως ἡμεῖς Ἀλεξανδρεῖς ἐπιβλέψοιντο, ὡς ὑβρισμένοι διὰ τοῦ δοκοῦντος ὑμῖν προτερήματος, εἴπερ κυβερνῆται

voti sint praetulerimus, iam perhibuimus. In talibus enim praeponere quemquam, aut scripto postponere alium, neque postposito nocuit neque huic praepositum exhibuit meliorem. Nam neque vineaedominus operariis mercedem conferens, eos qui primum operati fuerant, honorabiliores novissimis arbitratus est; neque mercedis dationem a novissimis incipiens, reprehendit eos qui ante laboraverant, nisi quia zelo repleti murmuraverunt, et plus accipere quam sancita fuerant voluerunt.

Ego autem etiam timui ne forte nos Alexandrini reprehenderent, tamquam iniuriam passi propter privilegium quod putatur a vobis, dum gu-

μὲν οἱ τῶν ναυτικῶν τιμιώτεροι, ἐν ἐσχάτοις καθέζονται τῶν τριήρων, καὶ τῶν ἵππων ὄπισθεν οἱ ἡνίοχοι, καὶ οἱ πρῶτοι γενέσθαι γλιχόμενοι, πάντως ἔσχατοι προστάττονται γίνεσθαι· καὶ πρώτιστοι μὲν οἱ ἔσχατοι, ἔσχατοι δὲ πάλιν οἱ πρώτιστοι γίγνονται· καὶ τὰ τῶν μελῶν ἀτιμότερα, τιμὴν περισσοτέραν τὰ δοκοῦντα τυγχάνειν ἀσχήμονα· διὸ καὶ αἰτίαν τῆς τούτων προγραφῆς προσδεξάμενοι, καὶ ὡς ἀναγκαίαν οὖσαν μανθάνοντες, περὶ πρωτείων μὴ μάχεσθε, μήτε τῶν μετὰ ταῦτα τετάχθαι νομίσοιτε, ἵνα μὴ πρὸς αἱρέσεις καὶ σχίσματα διαιρούμενοι, τὸ προσφιλὲς τῶν ἁγίων ἐγκώμιον διατέμνητε,

bernatores qui nautis honorabiliores sunt, in novissimis trierum, et aurigae post equorum clunes positi sedeant. Sed et hi, qui primi fieri appetunt, novissimi fieri cunctorum iubentur: quin etiam primores quidem novissimi, novissimi vero rursus primores efficiuntur; et quae in membris sunt inhonorabiliora, honorem habundantiorem induunt, et honestatem quae esse inhonesta videntur. Propter quod causam horum praescriptionis admittentes, et veluti necessariam cognoscentes, de primatu litigare nolite; neque si postponamini, vos pertulisse iniuriam arbitremini, ne ad haereses et schismata partiti dilabamini, et amabile sanctorum praeconium resecetis, eorumque

καὶ τῆς αὐτῶν εὐφημίας τὸ φαιδρὸν ἀμαυρώσητε· ἀλλὰ χαίροιτε μᾶλλον καὶ ἀλλήλοις συγχαίροιτε, τὰς τῶν ἑτέρων τιμὰς οἰκειούμενοι, καὶ τὰς οἰκείας δωρούμενοι· καὶ τὸ δὴ μέγιστον καὶ μακάριον, ὅτι συντελέσαι πρὸς ἔπαινον τηλικούτων ἁγίων εὐκλεῶν ἠξιώθητε· φέρε τοίνυν καὶ ἡμεῖς τὰ τὰς εὐφημίας ἐπαύξοντα θαύματα *, καὶ μή μοι φαίνοισθε τῶν προτέρων ἐλάσσονες ὑπερβολῇ θαυμάτων νικώμενοι.

* deest verbum.

Βοᾶν δὲ τοῦτον ἐκ μέσου δοκῶ τὸν πρεσβύτην Γεώργιον, ἡγούμενον μὲν τῆς αὐτῶν ὁμηγύρεως, ἡγεῖσθαι δὲ καὶ ἐν τῇ τῶν θαυμάτων ἐπαγγελίᾳ γλιχόμενον, ὃς ἀξίᾳ καὶ χρόνῳ καὶ παλαιότητι θαυμαστὸς τὰ πρεσβεῖα δεξάμενος,

bonae famae pulchritudinem offuscetis. Sed potius gratulamini, et alternis congratulamini, honores aliorum proprios facientes, et aliis vestros donantes; et quod est maius atque beatius, quia connumerari ad laudem tantorum sanctorum et illustrium meruistis. Eia igitur et nos miracula, quae laudes augmentant, in medium afferamus; et mihi non apparebitis minores prioribus, miraculorum eminentia superati.

Porro clamare de horum medio Georgium puto presbyterum, qui abbas quidem congregationis eorum erat, et ut in relatione miraculorum dux fieret, appetebat. Cum autem dignum et tempore

ἡγεῖσθαι καθέστηκεν ἄξιος, καὶ προτραπεὶς πρὸς τῶν ἄλλων ἡγήσεται, ζῶν ἔτι καὶ τυγχάνων ἐν σώματι, καὶ πᾶσιν ἀπαγγέλλων τῷ στόματι τὸ γεγονὸς ἐν αὐτῷ τῶν ἁγίων τεράστιον· ἀγνοεῖ μὲν γὰρ αὐτῶν οὐδεὶς τῶν ἐν ἔτεσι τούτοις τοῖς ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα Κύρου καὶ Ἰωάννου κατειληφότων τὸ τέμενος· ἴσασι δὲ πάντως ὡς οἶομαι· ἀπὸ τοσούτων γὰρ χρόνων ὁ γέρων ὁσίως καὶ καθαρῶς Χριστῷ δουλεύει καὶ μάρτυσιν, πάντα τελέσας τοῦ κλήρου τὰ τάγματα, καὶ χρόνόν τινα τοῦ ναοῦ θαυμαστῶς ἡγησάμενος.

Κίλιξ ἦν ὁ Γεώργιος καὶ πόλεως οὐκ ἀσήμου πολίτης ἐτύγχανεν· Ταρσὸν γὰρ ηὔχει μη-

et vetustate miraculi primatum sumpsisset, dux fieri non immerito visus est, et ad ducatum agendum ab aliis exhortatus est; qui vivit adhuc, et est in corpore, ore referens quod factum est in se sanctorum prodigium. Siquidem ignorat hunc nullus ex his, qui in his septem annis et sexaginta, Cyri et Iohannis venerunt ad templum; immo noverunt omnes, ut reor: a tot quippe annis senex iste sancte ac pure Christo martyribusque deservit, cum omnes cleri ordines consummasset, et per tempus aliquod templo mirabiliter praefuisset.

Cilix erat Georgius, et civitatis non ignotae civis, Tarso enim gloriabatur metropoli, et Pau-

τρόπολιν, καὶ Παῦλον ἐκάλει συνήγορον, ἐπὶ πολίτῃ καὶ πόλει γαυρούμενος, καὶ τούτοις οὐκ ἀγεννῶς σεμνυνόμενος· οὗτος οὖν ὁ Γεώργιος ἐν παισὶ τελῶν, καὶ μειρακίοις φέρων τὴν δίαιταν, τῆς πατρίδος ἐκδημεῖ σὺν τοῖς φύσασιν· τῆς ἐκδημίας δὲ σκοπὸς ὑπῆρχε καὶ πρόφασις ἡ εἰς Μηνᾶν τὸν ἅγιον τὸν ἐν τῇ Μαρεώτῃ προσκύνησις· ἣν τῆς Ἀλεξάνδρου κατειληφότες ἀπεδίδουν τῷ μάρτυρι· καὶ τὴν ἐπάνοδον αὐτοῖς χειμῶνος κωλύσαντος, καὶ χρόνου μικροῦ διϊππεύσαντος, τοῦ παιδὸς ὁ πατὴρ ἐτελεύτησεν, καὶ ὁ παῖς ὀρφανὸς κατελίπετο, καὶ τῆς ὀρφανίας ἀκόλουθος ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ἐγένετο στέρησις, ἐκ πάθους ἐπιχύσεως ῥεύσασα.

lum vocabat coassertorem, in concive ac civitate gloriatus, et his non ignobiliter decoratus. Hic ergo Georgius conversationem inter infantes et pueros agens, a patria peregre proficiscitur cum parentibus. Porro peregrinationis intentio et occasio erat ad Mennan sanctum profectionis, et apud Mareoten adorationis devotio; quam cum Alexandriam pervenissent, martyri reddiderunt. Cumque reditum illis hiemps prohibuisset, et tempus modicum praeterisset, pueri pater defunctus est, et orphano puero derelicto, orphanitatis successor oculorum est effecta privatio, a fusionis passione diffusa.

Ἰατροῦ δὲ παντὸς πρὸς τὸ πάθος ὀκλάσαντος, καὶ διαῤῥήδην τὴν ἧτταν ὁμολογήσαντος, Κῦρος εὐθὺς καὶ Ἰωάννης οἱ μάρτυρες θεραπευταὶ τοῦ πάθους ἠγγέλλοντο· εἰς οὓς ἐλθὼν ὁ Γεώργιος τοὺς εἰρηκότας οὐκ αἴσχυνε· τήν τε Γὰρ ἐπίχυσιν ἀπεδύσατο, καὶ τὴν γλυκεῖαν ἀνείληφεν ὅρασιν· τῆς ὑγείας δὲ τοῦτο ἦν ὡς φασὶ τὸ βοήθημα· τυρὸν αὐτῷ τρίψαι τὸν ἐκ Βιθυνίας ἐρχόμενον, καὶ κηρωτῇ συμμῖξαι καὶ μόνον ἐπιθῆναι τοῖς ὄμμασιν οἱ τῆς ῥώσεως τέκτονες ἐπιτρέπουσι μάρτυρες· καὶ πεπραχότος αὐτοῦ τῶν ἁγίων τὴν κέλευσιν, ἅπαν μὲν εὐθὺς τῶν ὀφθαλμῶν τὸ ὑγρὸν κατεφέρετο· καθαραὶ δὲ κόραι καὶ διαυγεῖς, τῆς παχείας ἐκείνης ὕλης

Medico autem omni circa passionem deficiente, sparsimque sui superationem confitento, Cyrus statim et Iohannes martyres, curatores passionis enunciantur; ad quos Georgius veniens, praedictos non est reveritus *, et cataractas deposuit, et dulcem visus percepit intuitum. Porro sanitatis hoc erat, ut inquit, auxilium. Caseum illi terere a Bithynia delatum, et ceroti miscere et superponere oculis, sanitatis fabricatores praecipiunt martyres; eoque agente iussionem sanctorum, omnis quidem confestim oculorum humor deorsum fluebat; mundae autem pupillae ac lucidae factae, a crassa illa materia liberatae remanebant, et lu-

* *dic* dedecore non adfecit.

ἀπαλλαγεῖσαι διέμενον, και φῶς ἀνεμποδίστως ἐδέχοντο, καὶ λοιπὸν ἐνήργουν, ἣν πρὸ τοῦ πάθους ἔσχον ἐνέργειαν· καὶ τοῦτο μὲν τὸ ἐπ' αὐτῷ γεγονὸς ἐλέχθη τεράστιον· τἄλλα δὲ τοῖς ἁγίοις εἰς αὐτὸν πραχθέντα χαρίσματα, μακρὸν ἂν εἴη καθ' ἓν διηγήσασθαι, συγγραφῆς ἰδίας δεόμενα, καὶ χρόνου πλείονος χρήζοντα, τοῦ νῦν αὐτοῖς προσνεμηθῆναι κατ' ἰσομοιρίαν ὀφείλοντος.

Ἵνα δὲ μὴ τούτου χάριν ἄγραφα ταῦτα καὶ ἀμνημόνευτα καταλίψωμεν, καὶ ταύτας δόξωμεν ἀδικεῖν τὸν ἀκούοντα, ἑνὸς ἢ δευτέρου μνη-

men sine impedimento recipiebant, et deinceps operabantur operatione quam ante passionem habuerant. Et hoc quidem quod factum est in eo prodigium, dictum est. Alia vero quae a sanctis in ipso charismata gesta sunt, longum profecto est enarrare per singula, cum scripto proprio egeant, plurimoque tempore opus habeant, quam nunc eis secundum aequiperationem tribui debeat.

Ne vero huius rei gratia haec non scripta, vel sine commemoratione dimittamus, et hoc modo audientem laedere videamur, unius vel duum recordabimur, et haec recidentes quantum virtus suppeditat. Suscipiunt Georgium cum puer esset clementissimi martyres, et paternis eum diligentes visceribus, dimittere rursus ad genitricem mi-

σθήσομαι, καὶ ταῦτα συντέμνων ὡς δύναμις (1) *λαβόντες γὰρ ξένον ὁμοῦ καὶ τυφλὸν, ὀρφανόν τε καὶ πλανήτην καὶ πένητα, πάντα συντόμως ἰάσαντο· πατρίδος στέρησιν, οἰκειωσάμενοι· τύφλωσιν, τοὺς ὀφθαλμοὺς καταυγάσαντες· ὀρφανεία, πατέρες γενόμενοι· ἀλλότριον οἰκειώσαντο· πενίαν κατ' ἄμφω, ψυχὴν λέγω καὶ σῶμα, πλουτοῦντες, εἴπερ καὶ κατὰ σῶμα πλουτεῖν κατεδέχετο· τοῦτον γὰρ ὡς τὸν παλαιὸν Σαμουὴλ*

nime iudicarunt, sed vice patris habita, cum matre liberos dividunt, et huic filiabus attributis quae duae erant superadultae, Georgium ipsi suscipiunt, iuramentis per somnium genitrici credere suadentes, ab eis fore sanandum. Ante sanitatem quippe facta sunt haec, seque facturos quod pater, etiam si superstes esset, utique non fecisset. Quod consummaverunt, et quod dixere veraciter operati sunt. Recepto enim peregrino simul et caeco, pupillo, vago, et paupere, omnia compendio sanaverunt; patriae videlicet privationem, proprium facientes; caecitatem, oculos illuminantes; orphanitati patres effecti; erratico habitationem tribuentes; paupertatem secundum utrumque, corpus scilicet et animam, locupletantes, si certe et secundum corpus locupletari per-

(1) Abhinc desiderantur tres pericopae in graeco textu, quas latinus conservavit.

κατὰ τὸν αὐτῶν σηκὸν ἀνατρέφοντες, καὶ ἀρετῆς πεποιήκασι κτήτορα, καὶ εἰς κλῆρον κατ' ὀλίγον προήγαγον, τὸν καταλλήλως ταῖς ἡλικίαις ἁρμόζοντα· καὶ τῆς αὐτῶν οἰκονομίας ἠξίωσαν, ὅτε ταύτην διέπειν ἠδύνατο· τοῦτο θανάτου δὺς ἐλυτρώσαντο, προσθήκην ἐτῶν καὶ ζωῆς χαρισάμενοι.

Λοιμὸς ἦν, καὶ οἱ τότε νοσοῦντες πρὶν ἢ διαγνωσθῆναι τὴν νόσον ἀπέθνησκον· ἐνόσησε καὶ Γεώργιος, καὶ τῶν ὅρων τῆς ζωῆς πληρωθέντων, τῆς παρούσης ζωῆς ἐκδεδήμηκεν· καὶ τοὺς ἀγγέλους ὁρᾷ λαβόντας αὐτὸν καὶ ἀπάγοντας, καὶ Κῦρον αὐτοῖς καὶ Ἰωάννην συναντῶντας τοὺς μάρτυρας, καὶ χαρίζεσθαι αὐτοῖς πρεσβύτην

misisset. Hunc enim sicut veterem Samuelem in templo suo alentes, virtutum possessorem fecerunt, et in clerum paulatim provexerunt, qui convenienter in singulis aetatibus congruebat, suaque dignum dispensatione fecerunt, cum hanc moderari valuisset. Hunc a morte bis liberaverunt, augmentum dierum et vitae donantes.

Pestilentia erat, et qui tunc aegrotabant, prius quam languor nosceretur, moriebantur. Aegrotavit etiam Georgius, et expletis terminis vitae, praesentem obiit vitam, videtque angelos accipientes se et deducentes, et Cyrum eis et Iohannem martyras occurrentes, et donari sibi presby-

πρεσβεύοντας, ὅπερ ποιεῖν ἔλεγον αἱ δυνάμεις μὴ δύνασθαι, θείῳ δὲ θεσπίσματι κατὰ τρόπον δουλεύουσαι· μένειν δ' αὐτῶν τὴν πρὸς θεὸν ἱκετείαν ἀπήγγελλον, καὶ δευτέραν αὐτοῦ προσδέχεσθαι κέλευσιν· ταύτην λαβόντες οἱ μάρτυρες τὴν ἀπόκρισιν, πρὸς ἱκετείαν ἐτρέποντο, καὶ πρὸς θεὸν τὰ γόνατα κλίναντες, δωρηθῆναι αὐτοῖς τὸν λάτρην ἐδέοντο· καὶ τούτων τοιούτων, ἀπ' οὐρανοῦ φωνὴ κατεφέρετο, διδόναι προστάττουσα τοῖς μάρτυσι τὸν πρεσβύτερον, καὶ χρόνους εἴκοσι ἐν σαρκὶ διορίζουσα· καὶ οὕτω μὲν οὗτος ὁ θαυμάσιος τὸν τότε διέφυγε θάνατον, Ἑζεκίου πλέον ἔτη πέντε ζωῆς κομισάμενος, μαρτύρων σπουδῇ καὶ θείῳ δωρήματι· ὅτε δὲ

terum intercedentes, quod se facere non posse virtutes illae dicebant, divinae sanctioni more solito servientes; expectare autem factam ad Deum supplicationem eorum, et alterum eius praestolari praeceptum ferebant. Hac martyres responsione accepta, vertebantur ad preces, ad Deumque genibus flexis, donari sibi cultorem deprecabantur. Et hoc facientibus, e caelo vox ferebatur deorsum, martyribus presbyterum dari praecipiens, et annis in carne vivere viginti definiens. Et sic quidem iste mirabiliter mortem quae tunc urgebat evasit, plus quam Ezecias vitae annos quinque percipiens, studio martyrum donoque

τὸν εἰκοσαετῆ τῆς ζωῆς χρόνον ἐπλήρωσε, πάλιν ἀπέθνησκε, καὶ τὴν παροῦσαν ζωὴν καΐελίμπανεν, τοῖς λαβοῦσιν ἀγγέλοις ἑπόμενος· ἀλλὰ πάλιν συναντήσας τοῖς μάρτυσιν, πάλιν ὡς τὸ πρότερον ἀπελύετο, χρόνον ζωῆς εὐτυχήσας ἀόριστον· ὅς δεύτερον τεθνεὼς, καὶ φυγὼν ἐκ θανάτου τὸ δεύτερον, τῆς τῶν ἁγίων πρὸς θεὸν παῤῥησίας ἕσΊηκεν ἔλεγχος, καὶ εἰκὼν τῆς αὐτῶν ἰσχύος καὶ χάριτος· ἡμεῖς δὲ τὸν πρεσβύτερον τοῦτον τὸν θεσπέσιον ὑπὲρ ἡμῶν πρεσβεύειν τοὺς ἁγίους αἰτήσαΐες, καὶ προσΊάτας ποιεῖν καὶ ἡμῶν ἀξιώσαντες, ἐφ' ἑτέρου βαδίσωμεν διήγησιν θαύματος.

divino. Cum autem vicennale vitae tempus explesset, denuo moriebatur, et vitam praesentem deserebat, angelos se tollentes secutus: sed iterum occurrens martyribus, iterum sicut prius absolvebatur, tempus vitae infinitum adeptus. Qui secundo defunctus, et a morte secundo elapsus, sanctorum apud Deum habitae confidentiae constitit index, et imago virtutis eorum et gratiae. Nos autem presbyterum istum egregium pro nobis intercedere apud sanctos petentes, et patronos etiam nostrûm facere postulantes, ad alterius gradiamur narrationem miraculi.

νβ. ΠΕΡΙ ΖΩΣΙΜΟΥ ΤΟΥ ΑΡΧΙΗΤΡΟΥ ΕΧΟΝΤΟΣ ΠΑΡΕΣΙΝ.

Ἦλθέ ποτε καὶ βυζάντιος Ζώσιμος τοὔνομα, ἀρχιητρὸς τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ τὸ πάθος παράλυτος· καὶ πόθεν μὲν αὐτῷ τὸ πάθος γεγένητο, λέγειν οὐκ ἔχομεν, πλὴν ὅτι πάρετος ἦν, καὶ τὰ τῆς παρέσεως ἔφερε σήμαντρα, οὐ μέλει ἑνὶ βαστάζων τὴν πάρεσιν, ἀλλ' ὅλοις καὶ τῷ ταῦτα συνέχοντι σώματι· οὗτος οὔτε δυσὶν ἠρκεῖτο βαστάζεσθαι, ἀλλὰ πλειόνων ἐδέετο· οὔτε ἐν κλίνῃ τιθέμενος, ὅλως ἑαυτὸν στρέφειν ἠδύνατο, ἀλλ' ἑτέρου τοῦ στρέφοντος ἔχρηζεν· οὔτε βρωμάτων ἁπτόμενος οἰκείαις χερσὶ μετελάμβανεν, ἀλλ' ἄλλος αὐτὸν παριστάμενος ἔτρεφεν, καὶ ὡς οὐκ ἦν ἰατρὸς ἀπηλέγχε-

52. DE ZOSIMO ARCHIATRO PARALYSIN SUSTINENTE.

Venit aliquando et byzantinus Zosimus nomine, studio vero medicus summus, et paralyticus passione. Et unde illi passio facta est, dicere non habemus, praeter quod dissolutus erat, et paralyseos ferebat insignia, non uno membro portans ipsam dissolutionem sed omnibus, et ipso quoque corpore quod membra continet omnia. Hic neque duobus contentus erat ad deportandum, sed plurimis opus habebat; neque in lecto iacens omnino se ipsum vertere poterat, sed alterius, qui se verteret, indigebat; neque cibos propriis tactos

το, καὶ τὴν τέχνην ἀσθενοῦσαν ἐδείκνυε, καὶ ἄλλοις ἐπαγγελλόμενος ἴασιν, ἑαυτῷ βοηθεῖν οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' εἰς ἄμυναν ἐκάλει τοὺς μάρτυρας.

Ἐλθὼν οὖν πρὸς τοὺς ὄντως ἰατροὺς καὶ ὁ Ζώσιμος, καὶ μαρτυρήσας αὐτοῖς τὸ πρόσὸν ἀλεξίκακον, τούτου τυχεῖν ἐλιτάνευε, καὶ λιτανεύων ἐπέτυχε, καὶ τυχὼν ἀπήλαυε ῥώσεως· τρεῖς γὰρ μόνας ἡμέρας τοῖς ἁγίοις εὐξάμενος, εἰς λουτρὸν ἐλθεῖν προσετάττετο, καὶ θερμοῖς τὸ σῶμα λούσασθαι νάμασιν· καὶ δὴ πεισθεὶς τοῖς κελεύσασιν, οἱ θειώτατοι γὰρ ἐτύγχανον μάρτυρες, εἰς τὸ λουτρὸν παραγίνεται, καὶ τῶν ἐμπύρων ἀέρων ἔνδον γενόμενος ἐπὶ στιβάδος

manibus percipiebat, sed alius astans cum alebat; et quasi medicus non esset, convincebatur; et qui aliis repromittebat sanitatem, sibi auxiliari non poterat, sed ad praesidium martyras invocabat.

Cum ergo et Zosimus ad eos qui revera medici sunt venisset, et testimonium illis remedii quod ab ipsis dabatur perhibuisset, hoc adipisci deprecabatur; et deprecatus, consecutus est; et consecutus, sanitate potitus est. Cum enim solis tribus diebus sanctos orasset, ad balneum venire praecipitur, et calidis corpus lavare fluentis; qui iubentibus obediens, divini enim martyres erant, ad balneum venit, et intra ferventiores inventus aëres, supra stramentum ab his qui hunc gesta-

ὑπὸ τῶν αἰρόντων ἐτίθετο· τεθηκότες δὲ τὸν Ζώσιμον οἱ βαστάζοντες, οἰκονομίᾳ θεοῦ τῶν ἐμπύρων ἐξῄεσαν, τῆς ἐξόδου τὴν ἀφορμὴν τῶν χρειωδῶν τὴν εἰσφορὰν ποιησόμενοι.

Τούτων δὲ ποιησαμένων τὴν ἔξοδον, Κῦρος ὁ μάρτυς ἐν μοναχοῦ σχήματι τῷ νοσοῦντι παρίσταται, οὐκ ὄναρ ὡς τοῖς πλείοσι φαίνεται, ἀλλ᾽ ὕπαρ ὡς ἦν τε καὶ γράφεται· καὶ φανεὶς ἀναστῆναι τῷ νοσοῦντι προσέταττεν, καὶ θερμοῖς ἐγκυβιστῆναι τοῖς νάμασιν· ὁ δὲ μὴ θαμβηθεὶς πρὸς τὴν ὅρασιν, μηδ᾽ ὅλως εἰς νοῦν προσλαβὼν τὸ παράδοξον, τοῦτο τετευχότος τοῦ μάτυρος ὡς ἂν μὴ φόβῳ πάθοι τι τὴν διάνοιαν, μὴ δύνασθαι πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· ἀλλὰ πά-

verant ponitur. Cumque posuissent illum qui portabant, dispensatione Dei a locis illis ferventioribus exierunt, exitus occasionem necessariorum illationem ferentes.

His autem exeuntibus, Cyrus ille martyr in monachi schemate astat aegroto, non in somnis, ut multis apparet, sed in veritate, sicut erat et pingitur; et apparens, surgere languenti praecipiebat, et in calida mergi fluenta. At ille nil ad visionem stupefactus, nec omnino in mentem assumens admirationem illam quam tunc martyr patraverat, nequid timore pateretur in mente; non posse se, ad eum respondit. Sed iterum cum mar-

λιν τοῦτο ποιεῖν τοῦ φανέντος προτρέποντος μάρτυρος, καὶ κατὰ βραχὺ καταλαμβάνειν τὴν ἔμβασιν, καὶ κατιέναι λουσάμενον, πρὸς τὸ κελευσθὲν ἐβιάζετο, δύναμιν αὐτῷ τοῦ λαλοῦντος ἐμπνεύσαντος· καὶ χερσὶ καὶ ποσὶ κυλινδούμενος, καταλαμβάνει μόλις τὴν ἔμβασιν, ὄφεως δίκην συρόμενος, καὶ ὡς ἴσχυσε κατελθὼν εἰς τὰ νάματα, ἀνελήλυθεν ὡς οὐκ ἤλπισεν· δύνοντι μὲν γὰρ ἡ νόσος αὐτῷ συνεθάπτετο, ανιόντι δὲ οὐδ' ὅλως αὐτῷ συνανήρχετο.

Τότε τὴν ἐν τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ ἡ τοῦ θερμοῦ ὕδατος ἔμβασις ἐμιμήσατο, οὐκ ἄγγελον δεξαμένη λουσόμενον, καὶ τῇ καταβάσει τὸ νάμα ταράσσοντα, ἀλλὰ Κῦρον ἰδοῦσα τὸν μάρ-

tyr qui apparuerat, hoc facere et ad solium paulatim venire, ac descendere lavaturum praecepisset, ad id niti quod iussum fuerat languidus cogebatur, sibi eo qui loquebatur inspirante virtutem, manibusque ac pedibus provolutus vix ad solium pervenit, instar colubri tractus, et sicut valuit in fluenta descendens, sicut non speravit ascendit. Denique languor quidem occidenti consepeliebatur, sed cum scandente iam nullatenus ascendebat.

Tunc probaticae piscinae lavacrum, calidi laticis solium imitatum est, non angelum lavandum suscipiens, et aquam descensione sua tur-

τυρα, καὶ τὸ τούτου δεξαμένη φιλάνθρωπον θέσπισμα· ὅθεν παράλυτον λαβοῦσα τὸν Ζώσιμον, ἐῤῥωμένον ἀπεδίδου τῷ στείλαντι· καὶ μὴ κινούμενον δεξαμένη τὸν ἄῤῥωστον, ὑγιᾶ τοῦτον ἀπέλυε καὶ εὐκίνητον· ὃς καὶ τιὼν μὲν ἐν τοῖς νάμασιν παρεστῶτα τὸν ἅγιον ἔβλεπεν· ἀνιὼν δὲ τοῦ θερμοῦ καὶ φιλόφρονος ὕδατος, τὸν ἰατρὸν ἰδεῖν οὐκ ἠδύνατο· καὶ ἦν οὐδὲ ῥωσθεὶς ὁ Ζώσιμος ἄλυπος· ἔχαιρε μὲν γὰρ ὅτι τὴν νόσον ἀποβαλὼν τῆς ῥώσεως ἔτυχεν· ἤσχαλλε δὲ ὅτι τὸν δεδωκότα τὴν ῥῶσιν οὐκ ἔβλεπε· χαίρων δ' ὁμοῦ καὶ λυπούμενος, ἔξω τῶν θερμῶν ἀέρων ποσὶ χρώμενος ἔτρεχε θεὸν ἀνυμνῶν καὶ τὸν ῥώ-

bantem; sed Cyrum martyrem videns et huiuspiam sanctionem admittens. Unde Zosimum quem dissolutum susceperat, incolumem ei qui miserat reddidit; et quem infirmum qui non movebatur accepit, sanum hunc dimisit, et facile motibus suis utentem. Qui cum in fluenta descenderet, praesentialiter sanctum videbat astare; ascendens vero a calida et benigna aqua, medicum videre non poterat. Et non erat Zosimus etiam sanus effectus sine tristitia; nam gaudebat quidem quia languore deposito sanitatem adeptus est, tristabatur autem quia sanitatis non videbat datorem. Gavisus autem simul et maestus extra calidos aëres usus pedibus discurrebat, hymnum Deo di-

σαντα μάρτυρα· μεθ' οὗ καὶ πάντες οἱ βλέποντες οἰκεῖοι τε καὶ ἀλλότριοι, μίαν εὐφημίας ᾠδὴν ἀνεφέροντο, αἰνοῦντες Χριστοῦ τὴν εὐμένειαν, καὶ τὴν ἐναργῆ τῶν μαρτύρων ἐπίσκεψιν· καὶ τὸ λουτρὸν ὡς τὸν νεὼν κατελάμβανον, καὶ ἔνδον εἰσιόντες ἐλούοντό τε καὶ ηὔχοντο, νεὼν αὐτὸ καὶ λουτρὸν ὁριζόμενοι, καὶ διπλῆν ἐκεῖθεν τὴν εὐλογίαν καρπούμενοι.

νγ. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΙΔΟΣ ΤΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΟΠΟΛΙΤΟΥ.

Διαδεχέσθω δὲ τὸ μικρὸν τοῦτο λουτρὸν καὶ βραχύτατον ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος θάλασσα, καὶ τὸ ῥεῖθρον τὸ θερμὸν καὶ γλυκύτατον,

cens, et qui sanaverat martyri. Cum quo et omnes qui viderant, proprii videlicet et alieni, extranei et compatriotae, unum praeconii canticum referebant, laudantes Christi benignitatem, et manifestam martyrum visitationem. Et ad balneum tamquam ad templum veniebant, et introëuntes lavabant; tunc et orabant, templum id et balneum definientes, duplamque illic benedictionem carpentes.

53. DE PUERO ELÈUTHEROPOLITA.

Succedat vero pusillo huic et brevissimo balneo mare magnum et spatiosum, et fluento calido ac dulcissimo salsum et frigidissimum, et

τὸ ἁλμυρὸν καὶ ψυχρώτατον, καὶ Κωνσταντινούπολιν Ἐλευθερόπολις, καὶ τὸν Ζώσιμον ὁ Προκόπιος, μᾶλλον δὲ ὁ τοῦ Προκοπίου δοῦλος Θεόδωρος, καὶ τὴν τῶν ἁγίων εὐφημίαν αὐξήσωσαν, μέρος καὶ αὐτοὶ τῶν ἐγκωμίων γιγνόμενοι. Ἐλευθερόπολιν ᾤκει Προκόπιος, Παλαιστίνης δὲ πόλις καθέστηκε, καὶ τῶν ταύτης ἐμφανῶν ἐγνωρίζετο, καὶ δοῦλον ἐκέκτητο τὸν Θεόδωρον· ἔσχε δὲ πάθος δυσίατον, τὴν τῆς ῥινὸς ὑπερσάρκωσιν, ἣν ἐξ ἰατρῶν οὐδεὶς δυνηθεὶς ἀποτρίψασθαι, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπιλαβὼν τὸν Θεόδωρον, Κύρῳ καὶ Ἰωάννῃ προσελθεῖν προαιρούμενος, καὶ πρὸς αὐτῶν τὴν τριπόθητον ἴασιν δέξασθαι· καὶ αὐτὸς μὲν προσελθὼν οὐκ ἀπέ-

Constantinopoli Eleutheropolis, Zosimoque Procopius, immo Procopii servus Theodorus, atque sanctorum laudibus superaddant, pars et ipsi praeconiorum effecti. Eleutheropoli habitabat Procopius, quae civitas est Palaestinae provinciae, et erat ex huius illustribus, et servum possidebat Theodorum. Habebat autem passionem insanabilem, carnem videlicet quae supra nasum excreverat. Quam cum ex medicis delere quisquam minime valuisset, Alexandriam navigio venit, sumpto Theodoro, ad Cyrum et Iohannem procurans accedere, et ab eis ter desiderabilem sanitatem percipere. Et ipse quidem cum accessisset,

τυχεν, ἀλλ' ἔτυχεν ὧν ἠβούλετο, εἰ καὶ χρόνῳ πολλῷ καὶ τυχὼν ἀνεπαύσατο· πέπερ δ' ἦν τὸ βοήθημα τηγάνῳ φρυγόμενον, καὶ τῆς ῥινὸς εἴσω βαλλόμενον.

Προκοπίου δὲ προσκαρτεροῦντος τοῖς μάρτυσιν, νέος ὢν ὁ Θεόδωρος, συχνότερον τῇ θαλάσσῃ προσέβαλλε, καὶ τοῖς ταύτης προσέχαιρε ῥεύμασιν· ἐκθύμως τε αὐτοῖς ἐνεκυβίστα τε καὶ ἐνήχετο· ἀλλ' ἐν μιᾷ κολυμβῶντα καὶ παίζοντα, καὶ τοῖς κύμασιν ἀνδρῶς προσπαλαίοντα κύων συρηθεὶς ὁ θαλάττιος, τῆς πτέρνης δακὼν εἵλκεν εἰς πέλαγος, καὶ μικρὸν ἐκσύρας διάστημα, ψάμμῳ βυθίᾳ προσέχωσε, τεθνάναι νομίσας τὸ θήραμα, καὶ βρῶσιν ταμιευόμενος

desiderio non est fraudatus, sed quae voluit prorsus obtinuit, licet tempore multo cum obtinuisset quieverit. Piper autem erat medicina illa, sartagine torridum, et inter nasum immissum.

Procopio autem apud martyras perseverante, iuvenis cum esset Theodorus, frequentius se in mare iactabat, et huius fluoribus aggaudebat, alacriusque se in hos mergebat cernuum, et natabat. Sed quadam die natantem, et iocantem atque cum fluctibus viriliter colluctantem, canis marinus veniens, calcaneumque remordens, traxit in pelagus, et modico spatio tractum, in harena profundius obruit, praedam mori putans,

ῥεὰν κομισάμενος, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ἀχλυν ἀποθέμενος, πρὸς τὴν πάντων γραφὴν τῶν λεχθέντων ἐξώρμησεν (1), μνημονεύων ἀεὶ τῆς ἰάσεως καὶ τοῦ λόγου, οὗ πρὸ τῆς ῥώσεως ἀπηγγείλατο· ὅθεν εὐθὺς μετὰ τὴν ἴασιν τοῦτο ποιεῖται τὸ σύνταγμα, καὶ τὰς εὐχὰς ἀποδίδωσιν, πάσης ἐκτὸς ὑπερθέσεως, τὴν εἰς αὐτὸν σπουδὴν τῶν ἁγίων μιμούμενος· καὶ τῶν παρ' αὐτῷ γραφέντων ἑαυτὸν ἔταξεν ἔσχατον, ὡς πάντων ἐλάττονα, καὶ μαρτυρικῆς θεραπείας ἀνάξιον, ἧς αἰτεῖται διὰ βίου τὴν μέθεξιν, ἐπ' ἀμφοῖν βαίνειν ψυχῆς τε καὶ σώματος, καὶ πάσης λυτροῦσθαι δυσχερεστέρας συμβάσεως.

Ταῦτα ὑμῖν, ὦ Κῦρε καὶ Ἰωάννη μακάριοι,

Ita ergo Sophronius sanctorum donatione percepta, oculorum abiecta caligine, omnium quae dicta sunt scripturam exorsus est, memorans iugiter sanitatis, et quod ante sanitatem promiserat. Unde mox post sanitatem hoc facit commentum, et vota reddit absque omni dilatione, in se factum sanctorum studium imitatus; et omnium se, qui scripti fuerant, novissimum ordinans, utpote omnium minimum, et martyrica curatione indignum. Cuius postulat per vitam participationem in utroque habendam, anima scilicet et corpore, et ab omni difficiliori liberari eventu.

(1) Confer Sophronii praefationem.

Σωφρόνιος γράψας ἀνέθηκεν· ταῦτα ὑμῖν, ὦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος θεράποντες, κἀυτῷ σωτῆρες γενόμενοι προσφέρειν ἐτόλμησεν, τὸ θαῤῥεῖν παρ' ὑμῖν εἰληφὼς, καὶ τῆς προσφορᾶς ἀρωγοὺς ὑμᾶς ποιησάμενος· ταῦτα ὑμῖν, ὦ θεσπέσιοι μάρτυρες, καρποφορῆσαι τεθάῤῥηκεν, οὐ τῶν εἰς αὐτὸν δωρεῶν ὑμᾶς ἀμειβόμενος, ἀλλ' εὐφημίας ταῦτα γραφὴν ὁριζόμενος, τῆς μὲν ἑαυτοῦ εὐγνωμοσύνης τὸ θερμὸν ἀναγγέλλοντα, πάντη δὲ τῆς ὑμῶν μεγαλειότητος ἐλαττούμενα· ἀλλ' ὑμεῖς αὐτὰ καὶ δέχοισθε προσηνῶς, καὶ φιλανθρώπῳ βλέποιτε βλέμματι, καὶ δαψιλῆ χάριν αὐτοῖς ἐπιχέοιτε, ἵνα μὴ δι' αὐτῶν ὑμεῖς καθυβρίζησθε, εἰ τῆς θείας ἐπιχρωματώσεως ὀρφανίζοιν-

Haec vobis, o Cyre ac Iohannes beati, Sophronius cum scripsit exsolvit; haec vobis, o Christi famuli Salvatoris, qui et ei estis salvatores effecti, offerre praesumpsit, confidere a vobis accipiens, et oblationis vos opitulatores efficiens. Haec vobis offerre, o egregii martyres, ausus est; non muneribus vos, quae in se patrastis, recompensans, sed laudis ea facere scriptum definiens, quae partim quidem devotionis suae flagrantiam nunciant, omnino autem magnitudinem vestram extenuant. Sed vos ea et benigne recipite, et misericordi oculo contemplamini, et largam eis effundite gratiam, ne vos per ea iniuriam patiami-

το· αὐτὸν δὲ ὡς δοῦλον ἀχρεῖον, καὶ ὃ ποιεῖν ὤφειλε πεποιηκότα προσδέχοισθε, καὶ ὡς χρεώστην εὐγνώμονα δέξοισθε· καὶ συγγνώμης αὐτὸν ἐπὶ τούτοις ἀξιώσοιτε, τὸ τῆς αὐτοῦ διανοίας εὐτελὲς ἐπιστάμενοι, καὶ τῆς γλώττης τὸ βράδος γιγνώσκοντες, καὶ σκοποῦντες τοῦ λόγου τὸ μέτριον· καὶ ζῶντα μὲν ἀεὶ περιέποιτε, καὶ ἀεὶ θείᾳ δυνάμει φυλάττοιτε, ἀεὶ τῶν τοῦ βίου δεινῶν διασώζοιτε, ἀεὶ παντὸς πειρασμοῦ παρόντος ἢ μέλλοντος ῥύοισθε, ἐγρηγορότα, καθεύδοντα, ἐν γῇ, ἐν θαλάττῃ, ἐν πόλεσιν, ἐν ἐρημίαις τυγχάνοντα· τεθνεῶτα δὲ καὶ τὸν βίον τοῦτον καταλείψαντα, τῆς ζοφερᾶς αἰσχύνης λυτρώσοισθε, καὶ θεῷ παραστήσοιτε, καὶ

ni, si divina vestra coloratione fuerint destituta. Ipsum autem tamquam servum inutilem, et quod facere debuit facientem suscipite, et veluti debitorem devotum admittite, et venia in his eum facite dignum, sensus eius exiguitatem scientes, et linguae tarditatem non ignorantes, et sermonis humilitatem inspicientes. Et viventem quidem semper protegite, et divina semper virtute custodite, semper a saeculi malis salvate, semper ab omni temptatione praesenti ac futura eruite, vigilantem et dormientem, in terra, in mari, in civitatibus, et in solitudine constitutum. Defunctum autem, et vitam hanc deserentem a tetra confu-

τῆς αὐτοῦ δόξης ἐπόπτην ποιήσοισθε, καὶ τῶν ἐπηγΓελμένων τοῖς ταύτην ὁρῶσιν ἀΓαθῶν κοινωνὸν ἀπεργάσοισθε (1)· ὧν ἀεὶ πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἀξιώσοιτε ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα τιμὴ κράτος μεΓαλοσύνη τε καὶ μεΓαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

sione liberate, et Domino praesentate, et maiestatis ipsius inspectorem facite, et communicatorem bonorum quae his qui hanc viderint repromissa sunt operamini. Quae omnes nos consequi mereamur; in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri sanctoque spiritui est gloria, honor, imperium, magnitudo, magnificentia, et semper et in saecula saeculorum. Amen.

(1) Observent haec heterodoxi qui sanctorum invocationem, supplicesque ad eos preces irrident.

Postremi huius miraculi, itemque primi, liberam ex Sophronio narrationem aliam dabimus in sequente volumine, auctore Petro parthenopensi, ut videlicet agnoscant eruditi quantum intersit inter politum huius stilum (quamquam hominis saeculo undecimo scribentis) et duram ac semibarbaram Bonifatii Anastasiique elocutionem, etsi hi tribus prope saeculis Petrum praeverterunt.

In calce codicis, qui sophronianum opus latine continet, Anastasio interprete, haec leguntur, de aetate ipsius codicis et de amanuense.

Finito libro, sit laus et gloria Christo.
Qui libro legit in isto,
Gualterio animam benedicat magistro.
Presbyter hoc opus fecit Gualterius
Cum tertius papa resideret Innocentius.

Anno millesimo ducentesimo quarto, per manus suprascripti libro peracto, rogatu Cencii cancellarii senatoris (1).

Date ergo honorem sanctis martyribus Cyro et Iohanni, pro quorum ipse amore fecit. Illorum precibus portae eidem aperiantur paradisi scilicet, et infernales claudantur.

Qui multa bona in vita atque post mortem fecerunt,
Ab Alexandria Saracenorum Romam venerunt (2).

(1) Hic fuit deinde Honorius III. papa.

(2) Intelligitur translatio reliquiarum SS. Cyri et Iohannis Alexandria Romam, de qua nos diximus in praefatione.

DE ACTIS SINCERIS S. PETRI ALEXANDRINI ·M·

EDITORIS MONITUM.

Anastasium bibliothecarium transtulisse e graeco passionem sancti Petri Alexandriae episcopi, adfirmat primum ipsemet Anastasius in prologo suo ad passionem martyrum ·M·CCCC·LXXX·, quem Mabillonius in museo italico T. I. part. 2. p. 80. vulgavit : post translatam a me ad petitionem sanctitatis tuae (*loquitur cum Petro episcopo gavinensi*) passionem praecipui doctoris et martyris Petri alexandrinae urbis episcopi. *Deinde anonymus biographus Iohannis ·VIII· PP. apud Muratorium R. I. S. T. III. part. 1. p. 269. id ipsum confirmat* : Anastasius rom. ecclesiae bibliothecarius transtulit etiam de graeco in latinum passionem sancti Petri alexandrini archiepiscopi. *Verumtamen ex diversis quae habentur sancti Petri passionibus, quamnam Anastasius transtulerit, coniecturâ cognoscendum est. Etenim Surius ad diem 26. novembris quaedam breviora acta recitat, eaque ab Anastasio esse arbitratus est, propterea quod in codicibus legerat prologum ad martyrum ·M·CCCC·LXXX· passionem, cuius supra meminimus; itaque iisdem verbis utitur Surius quibus Anastasius in dicto prologo, nempe* praecipui doctoris et martyris Petri alexandrinae urbis episcopi (*vel* patriarchae, *ut Surius et codex vat. reginae Svecorum 542. f. 72. b.*) *Surii tamen sententiae, nulli certo argumento innixae, non adquievit Baronius in adnotationibus ad martyrologium dicta die. Sic enim ait* : " *habemus alia eiusdem Petri acta „ pleniora in vet. cod. ms. quae quoniam accuratius „ conscripta noscuntur, Anastasio mea sententia po-*

„ *tius tribuenda videntur. Est illorum exord.*
„ omnes mei sensus (*labitur memoriá Baron*
„ *scribere debuit* si omnes mei corporis artus,
„ *gitur apud nos.* „) *Eandem de istis actis*
tiam prae se tulerat Baronius in annal. ad an
qui et ipsis ad contexendam Petri historiam
usus est. Ego igitur auctoritate Baronii fretus
tereaque bonitate captus actorum horum, quae
vetusto codice reperi vaticano 602, *decrevi illi*
Sophronium, qui multa nobis in hoc volumine
xandrina civitate narravit, passionem hanc ce
mi eiusdem urbis episcopi et martyris collocare
sertim cum idem Anastasius tum sophroniani
tum Petri actorum interpres fuerit.

Praeter haec sincera et anastasiana de
hactenus dixi acta, latina alia legebam in cod.
622, *aeque ferme antiquo; haec tamen illa ip.*
quae Combefisius in lectis triumphis martyrum,
seqq. graece edidit, et latinitate nova donavit
veterem codicis vaticani textum ignorabat. Tr
igitur sancti Petri alexandrini martyris acta;
cera nostra et omnium optima, Baronio iudice;
viora illa latina apud Surium; 3. *graeca combe*
quae sunt eadem latine in codice ut diximus va
Nos vero prima et praestantia atque inedita
bimus.

SANCTI PETRI
EPISCOPI ALEXANDRINI ET MARTYRIS
ACTA SINCERA
ANASTASIO BIBLIOTHECARIO INTERPRETE.

Si omnes mei corporis artus verterentur in linguas, omnesque membrorum compages articulatas ederent voces, quis vel qualis, quantusve fuerit beatissimus pater noster Petrus alexandrinae sedis archiepiscopus, exprimere nullatenus sufficerem. Praesertim quanta tyrannorum pericula, quantosque gentilium atque haereticorum subierit conflictus, papyris omnia tradere, vel maxime incongruum ducimus, ne favoris illius panegyricum commendare potius videamur quam passionum, cuius praeclaro annisu populum Deo acquisitum salvum facere viriliter cucurrit. Verumtamen quia ad intimae conversationis ac mirificae eius actionis narranda praeconia ratio succumbit, et sermo sufficere nullatenus valet, ideo commodum aestimamus ea solummodo describere, quibus utique ad pontificatus apicem conscendisse pandatur, et Arrio a catholica unitate praeciso, martyrialibus laureis sit coronatus. Hunc tamen gloriosum finem ac magnifici certaminis speculum, operae pretium eis sufficere credo, qui nostram adtendunt devotionem, ac sine mendacii fuco veridicam non ambigunt narrationem. Huius itaque sanctissimi viri episcopale inchoantes exordium, ipsius flagitemus orationem, ut nos eam nostro stilo cooperatricem habere gaudeamus.

Alexandria igitur urbs copiosae magnitudinis est, quae non Aegyptiorum solummodo sed etiam Thebaeorum atque Libycorum haud procul ab Aegypto principatum tenet. Salutiferae autem Iesu Christi domini nostri incarnationis, ducentorum octoginta et quinque annorum circulus volvebatur, cum venerabilis Theonas eiusdem civitatis papa aethereo volatu caelestia regna conscendit (1). Cui profecto memoratus Petrus ad ministranda ecclesiae gubernacula succedens, ab omni clero et christiana plebe ordinatus est pontifex, sextus decimus scilicet a Marco evangelista simulque archiepiscopo eiusdem civitatis. Hic enim velut lucifer inter astra consurgens, sanctarum radiis virtutum emicans, arcem fidei magnificentissime gubernabat. In scripturis vero divinis priorum nullius inferior, ad ecclesiae utilitatem atque instructionem nobiliter insistebat; prudentiâ quoque singularis, et in omnibus perfectus, vere sacerdos et hostia Dei erga omnem sacerdotii curam diebus ac noctibus vigilanter desudabat.

Sed quia semper zelo percutitur virtus, feriuntque summos fulgura montes, aemulorum hinc inde multifarios patiebatur conflictus. Quid plura? paene omni tempore vitae suae in persecutione degit. Ordinavit interea quinquaginta et quinque episcopos. Meletius denique, nomine et mente nigerrimus, apud Lycopolitanam urbem schismaticus factus est praesul; multa quidem contra canonum agens regulam, superansque etiam cruentorum militum feritatem, qui in Domini passione veriti sunt dominicam scindere tunicam; adeo laxatis insaniae raptabatur habenis, ut catholicam scindens ec-

(1) Apud Eusebii chronicum, in utraque mea editione mediolanensi ac romana, ad hunc fere annum non obitus sed initium episcopatus Theonae refertur.

clesiam, non solum per civitates Aegypti, sed etiam per villas eius, suos sequaces ordinaret episcopos, et nihil ei curae de Petro erat, immo nec de Christo qui erat in Petro. Huic praefatus Arrius adhuc laicus adhaerebat, needum clericali tonsura notatus, eratque illi eiusque domui admodum carus; nec immerito, omne animal ut ait scriptura simile sibi diligit. His autem cognitis vir Domini maerore confectus hanc persecutionem aiebat peiorem esse priore. Et licet quibusdam latebris absconsus, tamen pro viribus exhortatorios ubique dirigens apices, praedicansque ecclesiae unitatem, vegetabat eos adversus imperitiam et nefariam Meletii temeritatem. Unde factum est ut non pauci eius salutaribus monitis animati, a meletiana discederent impietate.

Per idem fere tempus Arrius viperea armatus versutia, quasi deserens Meletianos confugit ad Petrum, qui rogatus ab episcopis sublimavit eum diaconii honore, nesciens quippe tantam eius hypocrisin. Erat autem instar colubri pestifero suffectus veneno. Neque enim huiusmodi manus impositio huic sancto in crimen deputari potuit, sicut nec Simonis magica ars simulata adscribitur Philippo. Meletianorum interea detestabile nefas supra modum crescebat, pavensque beatissimus Petrus ne haeretica pestis totum sibi creditum invaderet gregem, simulque sciens quod nulla societas est luci cum tenebris, nullaque concordia Christo et Belial, Meletianos ab ecclesia per litteras segregavit. Et quia mala voluntas diu occultari non valet, ilico nefandissimus Arrius, propterea quod suos fautores ab ecclesiae dignitate cerneret divisos, tristitiae mancipatus gemebat. Quod sanctissimum virum minime latuit. Denudata namque eius hypocrisi, protinus evangelico

utens ferro, si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice abs te, Arrium ab ecclesiae compage, utpote putridum membrum detruncans, foras expulit, et a fidelium communione extorrem esse mandavit.

His ita gestis, subito admodum ablata persecutionis procella, pax licet exigua refulsit. Tunc elegantissimus Domini pontifex populo manifestus illuxit, coeperuntque fideles ad martyrum memorias catervatim currere, et ad Christi laudem coetum congregare; quos divinae legis antistes divino oraculo vivificabat, erigebat, atque roborabat, crescebatque iugiter in ecclesia multitudo credentium. Sed haec non aequis oculis ille antiquus aspiciens humanae salutis hostis *haud* in longum quievit. Nam subito paganitatis turbo ex adverso intonuit, et more hibernalis imbris ecclesiae serenitatem perculit, eamque procul fugavit. Sed hoc ut manifestius intelligi possit, necessario ad impiissimi et Deo rebellis Diocletiani atrocitatem, pariterque Maximiani Galerii reflectimus articulum, qui eo tempore cum filio suo Maximino tyrannico dominatu orientales vexabat regiones.

Huius namque temporibus in tantum christianae persecutionis aestuabat incendium, ut non solum in uno mundi climate, sed etiam per universum orbem terra marique impietatis procella tonaret. Discurrentibus itaque hinc inde imperialibus syllabis atque crudelissimis decretis, Christicolae nunc palam nunc clandestinis iugulabantur insidiis; nullus enim dies nullaque nox ab effusione christiani cruoris transibat immunis. Nec typus interfectionis horrebat simplex; alii quidem diversis et acerrimis necabantur suppliciis; alii vero, ut etiam parentum humanitate patriaque carerent sepultura, ad alia transferebantur loca, novis

quibusdam et saeculo inauditis poenarum machinationibus ad martyrii compellebantur metam. Proh nefas! tanta erat illorum impietas, ut etiam divini cultus sanctuaria a fundamentis everterent, sanctosque libros igni cremarent. Defuncto itaque execrabilis memoriae Diocletiano, Constantinus maior ad regni gubernacula electus est, et occiduis partibus principatus sui coepit moderari habenas.

His profecto diebus Maximino (1) a quibusdam de praefato archiepiscopo relatum est, videlicet quod ipse christianitatis dux atque signifer esset; qui solita inflammatus nequitia, e vestigio iussit comprehendi Petrum et in carcerem retrudi. Quam ob rem quinque tribunos stipatos militum catervis Alexandriam destinavit; qui venientes iuxta quod sibi fuerat imperatum, subito rapientes Christi pontificem carceris custodiae manciparunt. Mira fidelium devotio! Ubi compertum est quod tantus vir carceralibus clauderetur ergastulis, cucurrit supra modum incredibilis multitudo, praecipue monachorum ac virginum chorus, et non materialibus armis sed lacrimarum rivulis et piae mentis affectu circumdederunt carceris ambitum, et tamquam boni filii erga bonum patrem, immo christiana membra christianissimo capiti, totis compassionum visceribus adhaerebant, erantque illi murus, observantes ne quis paganorum ad eum ingrediendi copiam haberet. Una nimirum omnium vota, consona vox, eademque compassio, mori potius quam sanctum quippiam mali perpeti viderent (2). Vir autem Domini cum

(1) Rectissime noster ponit Petri passionem sub Maximino, non sub Diocletiano, quod facit graecus ille biographus a Combefisio vulgatus, quo loco doctus editor p. 222. errorem hunc coarguit.

(2) Sic prorsus excubabat mediolanensis pia plebs circa Am-

paucos dies eodem nervo teneretur retrusus, tribuni fecerunt de ipso regi suggestionem; ille autem iuxta morem suae ferocitatis destinavit sententiam, ut beatissimum patriarcham capitali punirent discrimine. Porro dum hoc per aures christianorum serperet, coeperunt omnes unanimiter carceris aditum cum luctu et gemitu custodire, et obsistentes neminem gentilium illuc ingredi permittebant. Tribuni vero cum ad eum iugulandum nullatenus haberent ingressum, habito consilio statuerunt ut cuncti milites nudatis mucronibus popularem irrumperent turbam, et sic eum dumtaxat ad decollandum foras extraherent; mox vero siquis obsistere vellet, gladio interiret.

Arrius interea adhuc levitico tantum honore coloratus (1), metuens ne post exitum tanti patris reconciliari nullatenus valeret, adiit eos qui nobiliores erant in clero, et luctuoso precario blandoque sermone utpote simulator conabatur sancto suadere archiepiscopo, ut illi misericordiâ indulgeret, eumque ab huiusmodi solveret obligatione. Verum quid simulato corde fallacius? Quid sancta compositione simplicius? Haud mora; ingressi sunt qui rogati fuerant ad Christi pontificem, et post consuetam orationem, consternati solo cum gemitu et lacrimis sacras eius deosculantes manus, flagitabant eum dicentes: te quidem, beatissime pater, secundum fidei dignitatem Dominus ad martyrii coronam vocavit, quam te celerius accipere, nequaquam ambigimus. Idcirco iustum putamus, ut solita pietate indulgeas Arrio, eiusque fletibus veniam tribuas.

brosium episcopum suum, cui furor Iustinae arrianae imperatricis imminebat, teste oculari Augustino Confess. lib. IX. cap. 7.

(1) Recte hoc dicitur, secus ac graeca acta Combefisii et cod. vat. 622. in quibus falso dicitur presbyter Arrius sub Petro.

Quibus auditis vir Domini cum indignatione submovit eos, et elevatis sursum manibus exclamans dixit: pro Arrio me audetis supplicare? Arrius et hic et in futuro saeculo a gloria filii Dei Iesu Christi domini nostri semper erit segregatus semperque manebit extorris (1). Haec illo protestante, omnes qui aderant, timore perculsi tamquam muti reticebant. Porro suspicati sunt eum non sine divino nutu talem in Arrium proferre sententiam. Quos dum clementissimus pater cordis compunctione silentes ac maestos aspiceret, noluit austerus permanere, vel eos quasi contempnens sine satisfactione relinquere; sed assumens Achillam et Alexandrum, qui in sacerdotibus seniores ac sanctiores esse videbantur, unum ex eis habens ad dexteram, alterum quoque ad laevam, paululum eos segregavit a ceteris, et clauso sermone dixit ad eos: nolite me, fratres, tamquam inhumanum ac rigidum accipere; revera enim et ego homo sum sub lege peccati degens; sed credite meis sermonibus. Latens Arrii dolus omnem superat iniquitatem, omnemque supergreditur impietatem; et hoc non a memet ipso asserens, eius sancivi segregationem. Hac etenim nocte dum sollempniter preces ad Deum funderem, astitit mihi quidam puer quasi duodecim annorum, cuius faciei claritatem ferre non poteram, nam tota haec cella in qua stamus immenso lumine radiabat. Ipse autem linostimum erat indutus colobium, scissum in partes utrasque a collo usque ad pedes, tenensque gemina

(1) Addunt heic acta combefisiana *quemadmodum ille Dei filium a paterna gloria et substantia sequestravit*. Male, quia nondum Arius suam haeresim patefecerat, sed ob schisma tantummodo meletianum, et suspectam agendi rationem exclusus fuerat. Hoc additamentum ne alter quidem codex vat. 622. agnoscit.

manu colobii scissuras, applicabat eas pectori suo, quatenus propriam tegeret nuditatem. Ad hanc quippe visionem ego miratus obstupui. Mox ubi data est mihi loquendi fiducia, exclamans dixi: Domine, quis tibi hoc scidit indumentum? Et ille: Arrius mo scidit, sed praecave omnino ne eum in communionem recipias; ecce enim crastina die venturi sunt qui te pro eo postulabunt. Vide ergo ne suasus acquiescas illis; quin potius iubeto Achillae pariterque Alexandro presbyteris, qui post tuum transitum recturi sunt ecclesiam meam, ne aliquatenus illum recipiant. Tu autem futurus es martyrii sortem velocius explere. Huius autem visionis causa nil amplius fuit. Ecce satisfeci vobis, et quae iussa sunt prorsus annunciavi. Ceterum quid ex his facietis, vos videritis. Et de Arrio quidem haec.

Nostis praeterea, karissimi, et bene nostis qualiter huc usque vobiscum conversatus sum, quantasque conflictationes ab idololatris sustinui gentilibus, qui dominum Salvatorem ignorantes, multitudinem Deorum qui non sunt, insanientes diffamare non cessant. Scitis profecto quomodo persecutorum declinando rabiem, de loco ad locum profugus ibam. Plurimum namque in Mesopotamia latitans degi, ac perinde apud Syriam Phoenicis delitui, in utraque etiam Palaestina diutius peregrinationem sustinui; et exinde, ut ita dicam, in alio elemento, hoc est in insulis non parvo tempore moratus sum. Et in his omnibus degens calamitatibus dominico gregi qui meae parvitati commissus est, die noctuque scribere non desinebam, confirmans eos in Christi unitate. Horum enim anxia sollicitudo cor meum sedule instigabat, et me quiescere non sinebat; solummodo levius me habere putabam quando eos supernae potestati committebam.

Iam vero propter fortunatos pontifices, Phileum dico, Hesychium (1), atque Theodorum, qui digne a divina gratia sunt vocati, quam gravis me tribulatio quatiebat! Hi enim, ut ipsi scitis, ob Christi fidem cum reliquis confessoribus diversis macerabantur suppliciis. Et quia in tali agone non solum clericorum sed etiam laicorum ipsi erant signiferi et praeceptores, propterea valde verebar, ne longis deficerent cruciatibus, et eorum defectio, quod dictu grave est, plurimis negandi foret offendiculum; erant enim ultra sexcentos sexaginta, qui cum eis carceralibus artabantur ergastulis. Unde magno labore magnoque satagens sudore, non cessabam de praedictis locis scribere omnibus illis, exhortans eos ad martyrii palmam magisterio divini afflatus. Quando vero omnium eorum magnificam audivi perseverantiam et passionis gloriosum finem, cadens in terram adoravi Christi maiestatem, qui eos inter martyrii catervas annumerare dignatus est.

Quid etiam vobis de Meletio lycopolitano (1) commemorem? qui quantas persecutiones, quantosque dolos mihi sit iaculatus, vos omnimodo scire nullatenus ambigo. Proh nefas! scindere sacrosanctam ecclesiam non metuit, quam Dei filius pretioso sanguine redemit, eamque ut de diaboli tyrannide liberaret, animam ponere non titubavit. Hanc, ut dicere coepi, nequissimus Meletius scindens, etiam sanctos episcopos, qui ante paululum per martyrium caelos penetrarunt, in carceris custodia expugnare atque affligere non de-

(1) Acta combefisiana et cod. vat. 622. addunt *Pachomium*.

(2) Optime noster; erat enim Meletius Lycopoleos in Thebaide episcopus. Pessime acta combefisiana *in Lycaonia*. Iam res Meletii late scribuntur a priscis historicis et a Baronio ad an 306. n. XLV. seqq.

sinebat. Cavete igitur ab eius insidiis. Ego enim, ut ipsi videtis, alligatus divina caritate proficiscor, voluntatem Dei omnibus anteponens. Scio nempe quia tribuni de mea nece trepidantes mussitant, sed nullum ex hoc eis sermonem inferam, neque enim animam meam pretiosiorem me ipso faciam. Quin immo paratus sum perficere cursum quem mihi dominus meus Iesus Christus polliceri dignatus est, et ministerium quod ab ipso accepi, ei fideliter assignare. Orate pro me, fratres; ulterius me in hac vita vobiscum vivere iam non videbitis. Quapropter testificor coram Deo et vestra fraternitate, quod omnibus vobis mundam servavi conscientiam. Non enim subterfugi annuntiare vobis quae mihi a Domino sunt iniuncta, et quae deinceps necessaria erunt pandere minime recusavi.

Quocirca adtendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus seriatim episcopos posuit. Te quidem Achillam primum, Alexandrum vero secundum. En vobis viva voce protestor, quoniam post meum transitum insurgent quidam de ecclesia loquentes perversa, rursusque divident eam, ut Meletius, trahentes populum post suam vesaniam. Ecce praedixi vobis. Sed deprecor vos, o viscera mea, vigilate: oportet enim vos multas subire tribulationes. Neque enim meliores sumus quam patres nostri. An ignoratis quanta a gentilibus perpessus est pater meus, qui me nutrivit, sanctissimus Theonas episcopus, cuius pontificalem cathedram regere suscepi? O utinam et mores! Quid etiam de magno Dionysio eiusdem praecessore referam? qui profugus de loco in locum multas calamitates ab insano sustinuit Sabellio? Nec vos praeteream (1), sanctissimi patres ac divinae legis antistites,

(1) Rursus recte noster vitat errorem biographi graeci com-

Heracli atque Demetri, quibus fabricator perversi dogmatis Origenes multifarias temptationes incussit; qui coniecit in ecclesiam detestabile schisma, quod usque hodie confundit eam. Sed gratia Dei, quae illos tunc protegebat, credo enim quod et vos proteget. Sed quid vos ultra demoror, karissimi fratres, prolixi sermonis affatu? Superest ut ultima apostoli oratione vos prosequar ita precantis: et nunc commendo vos Deo et verbo gratiae eius, qui potens est gubernare et vos et ovile suum. Haec ubi dicta dedit, positis genibus oravit cum eis. Expleta itaque oratione, osculantes manus eius ac pedes Achillas atque Alexander conversi in lacrimas singultu amarissimo quatiebantur, maxime quia audierant eum dicere quod ex tunc temporalem eius vitam amplius visuri non essent. Dehinc doctor dulcissimus veniens ad reliquos clericorum, qui ut praemissum est pro Arrio ingressi fuerant, locutus eis verba novissima atque consolatoria et quae necessaria erant, deinde fusis ad Deum precibus vale faciens illis, dimisit omnes in pace.

His ita peractis, longe lateque ubique vulgatum est, quod Arrius a catholica unitate absque deifico nutu non sit abscisus. Ille autem fallendi artifex et totius nequitiae seminator, in sui pectoris labyrintho vipereum virus occultare non desinebat, sperans se ab Achilla vel Alexandro reconciliari. Hic est ille Arrius haeresiarches, consubstantialis et individuae Trinitatis divisor. Hic est qui ore temerario dominum Salvatorem super omnes haereticos blasphemare non metuit, dominum inquam Salvatorem, qui humanos miseratus errores, mortiferae dampnationis interitu condoleus pe-

befisiani, qui Heraclium ac Demetrium post Sabellium ac Dionysium fuisse diserte dicit.

rire saeculum, pro omnibus nobis carne pati dignatus est. Neque enim divinitas, quae utique impassibilis est, passionem incurrisse credenda est. Sed quia theologi patres huiusmodi blasphemias a catholicis auribus meliori stilo procul amovere curarunt, et nobis aliud imminet, redeamus ad propositum.

Sagacissimus igitur pontifex animadvertens cruentissimam tribunorum stropham, quod ob eius perpetrandam necem, omnem christianorum qui tunc aderant multitudinem gladio interimere vellent, noluit eos pariter secum subire mortis acerbitatem, sed fidelis servus imitans dominum Salvatorem, qui dixit et fecit, pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis, ex pietatis argumento vocavit unum seniorem ex his qui ibidem responsis eius inhaerebant, et dixit ei: vade ad tribunos qui me interficere quaerunt, et dicito eis: cesset omnis anxietas, ecce promptus sum ultroneum me illis ingerere. Hac etenim nocte veniant post tergum domus carceris huius, et in quo loco audierint signum in pariete ab intus factum, ibi effodientes excipiant me, perficiantque quod sibi est imperatum. Senior vero obtemperans iussionibus sanctissimi viri, neque enim tanto patri contradicere poterat, abiit ad tribunos et intimavit eis quod sibi fuerant iniunctum. Quod illi audientes valde gavisi sunt, et assumentes latomos circa noctis huius matutinum tempus venerunt sine militibus ad locum qui sibi fuerat ostensus. Vir autem Domini vigil in oratione et vigiliis totam noctem insomnem duxerat. At ubi eorum cognovit adventum, cunctis qui secum aderant sopore quiescentibus, lento gradu ingressus est in interiorem carceris partem, et iuxta condictam sponsionem sonum faciebat in pariete; quem illi forinsecus

audientes, facto foramine susceperunt Christi athletam non aerea lorica, sed virtute dominicae crucis undique munitum, paratumque implere divinum sermonem qui dicit, nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Mira res! Tam validus imbrium turbo collisionesque ventorum in eadem strepuere nocte, ut nemo eorum qui observabant carceris fores, posset audire effodiendi sonum. Constantissimus autem martyr urgebat homicidas illos: facite, inquiens, quod facturi estis, prius quam hoc sentiant qui me custodiebant.

At illi tollentes eum duxerunt in locum qui dicitur bucolia, ubi et sanctus Marcus martyrium pro Christo suscepit. Stupenda sanctorum virtus! Cum eum ducerent, et tantam illius constantiam circa funereos casus tantumque animi robur inspicerent, subito horridus pavor timidusque tremor eos invasit in tantum ut nullus ex eis in faciem eius intendere auderet. Rogabat praeterea martyr beatissimus ut sinerent eum ad sancti Marci evangelistae memoriam ire; cupiebat enim eius se patrociniis commendare. At illi prae pudoris confusione terram despectantes, facito inquiunt quod vis, tantum velocius. Accedens itaque complexus est sacratissimum evangelistae coemeterium, et veluti in carne viventi atque audienti loquens, hoc modo precabatur. Pater honestissime, tu evangelista unigeniti Salvatoris, tu testis passionum illius, te primum pontificem et firmamentum cathedrae eius liberator omnium Christus elegit, tibi fidei praeconium per totam Aegyptum et circum terminos eius insonare commisit. Tu, inquam, ministerium humanae salutis, quod tibi creditum fuerat, vigilanter explesti; huius nimirum

laboris mercedem martyrii palmam percipere meruisti. Unde non immerito dignus es evangelista simul et episcopus praedicari. Tui nempe successor fuit Anianus, et reliqui(1) per succiduam seriem usque ad beatissimum Theonam qui meae infantiae colaphos dare, et meam indolem nutrire dignatus est. Cui etiam ego peccator et indignus ultra meritum hereditario gradu successor effectus sum. Et quod potissimum est, ecce dominicae pietatis largitio me pretiosae crucis ac festivae anastasis martyrem fieri condonavit, tribuens meae devotioni suae passionis iocundum odorem, ut et ego hostiam mei cruoris libare illi dignus efficiar. Et quia istiusmodi libationis urguet articulus, ora pro me ut divina opitulante virtute stadium huius agonis corde robusto ac fide promptissima perficere merear. Commendo etiam tuae gloriosae paternitati christicolam gregem, qui mihi pastorali regimine commissus est; tibi, inquam, cum suppliciter commendo, qui omnium praecedentium ac subsequentium in hoc pontificali throno auctor atque tutor esse probaris, quique huius primatum habens, non hominis, sed Dei et hominis Iesu Christi, successor existis. Et haec dicens, haud longe a sacro tumulo remotis vestigiis manibusque in caelum extensis, voce magna precatus: unigenite, inquit, Verbum aeterni patris Iesu Christe, exaudi me tuam interpellantem clementiam; pacifica, quaeso, tempestatem ecclesiae tuae, effusione sanguinis mei servi tui conclude persecutionem populi tui. Tunc quaedam virgo Deo dicata, quae asceteriolum huius evangelistae coemeterio conterminum habebat, pernoctans in oratione audivit vocem de caelo dicentem: Petrus initium

(1) Bene noster per hanc reticentiam vitat nominum perturbationem quae occurrit in actis combefisianis et in cod. vat 622.

apostolorum, Petrus finis martyrum episcoporum Alexandriae.

Completa oratione deosculans tumbam beati evangelistae et reliquorum pontificum qui inibi tumulati erant, exivit ad tribunos. At illi videntes faciem eius tamquam faciem angeli, terrore perculsi verebantur ei aliquid de instanti agone loqui. Verumtamen quia Deus nôn deserit sperantes in se, noluit martyrem suum in articulo tanti discriminis absque solatio relinquere. Ecce quidam senex et quaedam virgo vetula venientes ex oppidis properabant in civitatem, quorum unus quatuor venalicias deferebat pelles, altera quoque geminas sindones. Cernens eos beatus antistes, cognovit erga se divinam dispensationem. Ilico percontatus est dicens, christiani estis? qui dixerunt, etiam. Et ait, quo pergitis? Et illi, ad nundinas inquiunt urbis ut venundemus haec quae deferimus. Clementissimus autem pater subiunxit: filioli mei fideles, Deus vos destinavit, perseverate mecum. Qui protinus eum agnoscentes, dixerunt: ut iussisti, Domine. Et conversus ad tribunos, eia agite inquit quod acturi estis complentes regiam iussionem, quoniam dies iam illucescere coepit. Ipsi autem ob nefaria principis decreta quasi vim patientes, tulerunt eum e regione sanctuarii evangelistae in vallem iuxta sepulchra. Et sanctus expandite, inquit, o senes, pelles quas advectatis, simulque tu vetula sindones. Quibus expansis, robustissimus martyr desuper ascendens, palmas utrasque sursum extendit, ac proinde poplites humi fixus, animum quoque caelo intentus, gratiarum actiones omnipotenti agonothetae persolvit, muniensque se crucis signaculo dixit, amen. Dein omophorium relaxans a collo, cervicem tetendit; quod vobis, inquiens, iussum est, maturius deliberate.

Obriguerunt interea tribunorum manus, atque invicem se aspectantes ad hoc facinus provocabant; sed omnes formidine capti stupebant. Tandem ex consensu placuit, ut de communi aere interfectionis praemium apponeretur, et siquis istiusmodi scelus perpetrare ausus esset, ipse homicidii lucraretur questum. Haud mora; unusquisque eorum quinque protulit solidos. Verum, ut gentilis ait poëta, quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? unus ex eis ritu proditoris Iudae, pecuniae cupiditate audax effectus, exerto gladio Christi pontificem capite obtruncavit sub die scilicet ·VII· kalendarum decembrium (1), cum haberet in pontificatu annos ·XII·, quorum tres ante persecutionem, reliquos vero novem in diversis persecutionum generibus exegit. Exinde sublato ab spiculatore sanguinis pretio, mali emptores vel potius cruenti homicidae cito citius recesserunt, metuebant enim populi multitudinem, quoniam uti praelatum est absque militari praesidio erant. Corpus autem beatissimi martyris, quemadmodum patres affirmabant qui illuc primi convenerant, permansit adstans tamquam orationi incumbens, donec plurimi concurrentes invenirent illud eodem modo consistens; nimirum quod vivens saepius egerat, caro etiam exanimis testabatur. Senem quoque atque anum illam repererunt observantes cum luctu et gemitu pretiosissimum ecclesiae monile. Redinantes (2) itaque triumphale funus, sacrumque caput cervici opponentes, cooperuerunt sindonibus; sacrum vero cruorem

(1) Cod. vat. 622. *nona et vicesima die athyr mensis.* Acta combef. *πέμπτην ἐπὶ εἰκάδα τοῦ νοεμβρίου μηνός.*

(2) Notemus vocabulum. Pag. quoque 686. v. 16. lege *christicolum* ut est in codice, non *christicolam.* Nam et prior terminatio habet aliud exemplum in v. cl. Furlanetti additamentis.

qui secus effluxerat, peniculo reverenter collegerunt (1).

Convolans interea ex populosa urbe promiscui sexus innumerabile vulgus, plorans et eiulans invicem se sciscitabatur ignorans qualiter hoc evenisset. Revera enim a minimo usque ad maximum acerrimus fletus omnes rigabat. Primarii namque civitatis cum cernerent multitudinis laudabilem importunitatem, qui sacras eius exuvias lipsanorum gratia scindere satagebant, involventes eum pellibus atque sindonibus illis tutius perstrinxerunt. Semper enim sanctissimus Dei minister vestes sacerdotales albi coloris erat amictus, hoc est tunicam et colobium nec non et omophorium. Post haec igitur orta est inter eos non parva contentio; quidam enim sacratissimos artus in ecclesiam quam ipse aedificaverat, ubi et nunc requiescit, advectare satagebant; alii autem ad sanctuarium evangelistae, ubi et martyrii metam complevit, deferre nitebantur: et dum neutra pars alteri cederent, religionis obsequium vertere coeperunt in pugnae litigium. Quorumdam interea senatorum animosa phalanx, ex his qui cursus (2) vocantur, videntes quae acciderant, nam secus mare erant, paraverunt scapham, subitoque arripientes sanctas reliquias imposuerunt naviculae, et ascendentes retro Pharum, per locum cui Leucado vocabulum est, venerunt in ecclesiam beatissimae Dei genitricis semperque virginis Mariae, quam ut dicere coeperamus ipse ob martyrum coemeteria ad occidentalem partem in quodam proastio (3) construxerat. Tunc

(1) En novum testimonium de veterum christianorum cura devota sanguinem martyrum conservandi, de qua re diu Boldettus in coemeteriis MM. lib. I. cap. 27. seqq.

(2) Intellige cursum publicum vehicularem vel navicularem.

(3) Graecismus pro suburbio.

populorum agmina ceu rapto sibi caelesti thesauro, alii per itinera, alii per devia quaeque properis cursibus insequuntur. Qui tandem venientes non iam ubi poneretur altercabantur, sed communi et non improbando consilio, prius eum decreverunt in sua cathedra ponere, et sic demum sepulturae tradere.

Et hoc, prudentissime lector, nolo tamquam otiosum deliramentum adtendas; quoniam si causam huiusce novitatis didiceris, mirans laudabilem populi zelum factumque probabis. Hic enim beatus antistes quando divini mysterii sacramenta celebrabat, nón sicut ecclesiasticus mos habet, in pontificali throno, sed in eius subpedaneo scabello residebat; quod populi aspicientes, aegre accipiebant, et conquerentes acclamabant, oportet o pater in tua te sedere cathedra; et cum crebro id ipsum repeterent, surgens Domini minister eiusmodi querellas tranquilla voce sedabat, et iterum in eodem scabello residebat. Cunctis autem humilitatis gratia hoc agi videbatur. Quodam autem magnae festivitatis die cum sacra missarum sollempnia agerei, et tale quid facere vellet, non solum populus sed etiam clerus consona voce inclamantes dixerunt, sede in sede tua o episcope. Ille autem cuiusdam mysterii conscius, hoc audire dissimulavit; datoque reticendi iudicio, neque enim ei quisquam obsistere pertinacius audebat, silere omnes fecit, et nihilominus eiusdem sedis scabello subsedit; celebratisque ex more missarum sollempniis, unusquisque fidelium ad propria repedavit.

Vir autem Domini clericis accersitis, intimâ serenitate tranquillus arguens eos temeritatis, cur inquit laicorum vocibus admixti me obiurgare non erubuistis? Attamen quia talis obiurgatio non de iactantiae coc-

noso torrente sed de purissimo fonte dilectionis manavit, aperiam vobis huius mysterii secretum. Plerumque enim cum throno illi approximare volo, video quandam in eo sedere virtutem (1), fulgore luminis admodum radiantem. Mox ergo inter gaudium et pavorem suspensus, agnosco me tantae sessionis prorsus indignum; et nisi scandali seminarium populo inferre titubassem, haud dubium quin nec ipsi scabello assidere ausus fuissem. Inde est, karissimi filii, quod vobis in hoc pontificalem regulam excedere videor. Verumtamen multotiens quando eam vacantem aspicio, sicut ipsi testes adestis, more solito sedere in illa non abnuo. Quapropter huiusmodi scientes arcanum, et pro certo expertum habentes, quia si mihi fuerit indultum, sedebo super eam, non parvipendens ordinis dignitatem, omittite iam popularibus ulterius favere inclamationibus. Haec nimirum pater sanctissimus dum adhuc viveret ad sacrum clerum coactus exposuit.

Horum ergo Christi fideles pia devotione reminiscentes, tulerunt eius sacratissimum corpus, et episcopali solio super sedere fecerunt. Tanta denique laetitia tantaque exultatio caelitus populo collata est, ac si eum animatum ac viventem attenderent. Deinde odoriferis condientes aromatibus induerunt illum sericis indumentis; unusquisque enim quod anticipare ferendo poterat, hoc sibi maximum lucrum deputabat. Tum victricia signa palmas gerentes, flammantibus cereis, concrepantibus hymnis, flagrantibusque thymiamatibus, caelestis victoriae triumphum celebrantes, deposuerunt sanctas reliquias, et sepelierunt eas in coemeterio, quod dudum ab eo fuerat constructum, ubi ex tunc et usque in hodiernum diem miraculorum vir-

(1) Intellige vel ipsum Deum vel angelum.

tutes fieri non deficiunt. Pia etenim vota felici exauditione laetantur, infirmantium sanitates restaurantur, expulsiones immundorum spirituum, martyris meritum testificantur. Haec munera, domine Iesu, tua sunt, cui consuetudinis est martyres tuos post mortis exitium sic magnificare felicius; qui cum Patre et consubstantiali sancto Spiritu vivis et regnas per infinita saecula saeculorum. Amen. (1)

Post haec qualiter doli artifex lupus, hoc est Arrius, ovina pelle contectus, dominicum ovile dilaniare intraverit, vel quo pacto sacerdotii dignitatem usurpare valuerit, brevi relatu insinuare satagemus. Et hoc non ad eorum suggillationem qui lolium apostaticae contagionis caelesti ventilabro ab ecclesia proiectum ad aream dominicae messis revocare sunt ausi; hi enim sanctitate procul dubio insignes habentur, sed tamen tanto viro credere parvipendentes, divinae iussionis interdicta transgressi sunt. Quid ergo? reprehendimus eos? minime. Quamdiu enim nos hoc corruptibile aggravat corpus et deprimit terrena inhabitatio sensum nostrae infirmitatis, multi cogitantes facilius falluntur, putantes iustum esse quod est iniquum, castum quod est incestum. Gabaonitae caelesti comminatione penitus delendi, cum aliud haberent in voto, et aliud in voce habitnque, praetenderent, Iesum repromissionis terrae iustissimum divisorem celerius fallere potuerunt. David quoque prophetali flamine plenus cum verba mentientis pueri (2) audisset, licet investigabili instoque Dei iudicio, tamen longe aliud egit quam sese res ha-

(1) Quae sequuntur de Arrio infeliciter ad presbyteratum assumpto a successore Petri Achilla, absunt omnino ab actis combefisianis, et a cod. vat. 622.

(2) Puto vel Absalomum vel Sibam. II. Reg. XIV. 33. XVI. 3.

buit. Quid etiam apostolis sublimius, qui se a nostra imbecillitate sequestrare nutaverunt? Nam unus eorum describit: in multis offendimus omnes. Alter quoque: si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Sed cum horum nos paenitet, tanto facilius veniam promeremur, quando non voluntate sed ignorantia vel fragilitate peccavimus. Et certe huiusmodi offensa non de praevaricationis affectu, sed de compassionis indulgentia processit. Ceterum super his apologeticum describere, aliis relinquimus (1); nos autem quod instat agamus. Postquam igitur magnificus propugnator Petrus, nomine suo dignus, per martyrii triumphum . . .

Reliqua desiderantur.

(1) Pulchra sane defensio; ex qua etiam coniicio, graecum Petri biographum prope abfuisse ab eiusdem temporibus, quandoquidem ipsius successori, quasi adhuc recentis memoriae, tam studiose patrocinatur.

DE ALIQUOT SCRIPTIS THEOLOGICIS
QUAE NUNC PROFERUNTUR
EX ARABICIS ET SYRIACIS
BIBLIOTHECAE VATICANAE CODICIBUS.

EDITORIS MONITUM.

Quantus fructus ex syriacis bibliothecae vaticanae codicibus percipi possit, Iosephus Assemanus demonstravit editis quatuor descriptionum atque excerptorum pretiosis voluminibus, quae titulum bibliothecae orientalis prae se ferunt. Arabicos autem eiusdem bibliothecae codices ferme octingentos ad publicam notitiam nos ipsi attulimus, impresso typis illorum syllabo (Script. vet. T. IV.) docto atque copioso quem idem Assemanus in dissolutis schedis reliquerat. Nunc demum in huius angulo libri placet nobis brevem aliquem ineditorum excerptorum numerum ponere, ex uno alterove arabicae ac syriacae linguae codice, auctorum partim catholicorum partim etiam heterodoxorum, qui de verendo arcanoque dominicae incarnationis mysterio scripserunt. Exiguum sane vel potius minimum spicum immensae intactaeque messis, de qua olim in praedicti voluminis praefatione verba feci. Utinam vero exoriatur aliquis doctus, qui susceptum ab Assemano consilium prosequens, de his Arabum codicibus talem bibliothecam congerat, qualem ipse Assemanus de syriacis construxit! Nunc eius rei specimen demus.

Est quidam apud orientales Iacobitas liber celeber ms. qui inscribitur fides patrum, *in quo auctorum plerumque graecorum in arabicam linguam translatorum, tam rectam fidem quam distortam sequentium, testimonia congesta sunt, quae Monophysitarum dogmati favere creduntur. Igitur catholici etiam patres ingratiis saepe extra suam sententiam trahuntur, vel ita certe a libri auctore volunt intelligi. Et quidem eiusdem instituti graecum quoque opus olim reperi, (cod. vat. gr.* 1431.) *ex eoque Gregorii thaumaturgi, Iulii papae, aliorumque patrum scripta in Script. vet. T. VII. et VIII. repraesentavi. Nunc autem ex codice arabico* 101. *unum proferam Thaumaturgi eiusdem fragmentum, et mox aliorum patrum alia, interpretibus vv. cl. Matthaeo Sciahano, et Franc. Mehasebo maronitis; in quo Thaumaturgi fragmento siqua sunt obscura vel ambigua, ipse apprime codicis auctor arabs in causa credendus est. Deinde et illud cogitare proderit, quod nempe sanctus Basilius in epistola ·cex· ad Neocaesarienses loquitur de quadam expositione fidei et colloquio Thaumaturgi cum Aeliano de Trinitate, ubi multae locutiones erant partim a librariis vitiatae, partim vero tales ut inde haeretici semet valde corroborarent, perperam illas interpretantes, atque ad sui dogmatis pravitatem trahentes; quum tamen sanctus pater ratione simplici et suo tempori idonea usus fuisset. Profecto hic est perpetuus Monophysitarum mos in laudandis pro se patrum orthodoxorum auctoritatibus, ut cum hi de unico Christo, unicoque individuo, hypostasive contra Nestorium vel eius ὁμόφρονας loquuntur, ilico id praedicti haeretici de una Christi natura velint intelligi. In cunctis istorum libris nihil hoc errore vel fraude sollemnius est.*

I.

Gregorius thaumaturgus episcopus Neocaesareae Ponti (1), proximus apostolis, in suo de Trinitate sermone haec ait.

Ego in omnibus tria essentialia video, substantiam, genus, nomen. Dicimus hominem, servum, curatorem; hominem propter substantiam, servum propter genus seu conditionem, curatorem propter denominationem. Dicimus etiam Patrem, Filium, et Spiritum sanctum; neque tamen haec sunt nomina quae ipsis postea supervenerint, sed sunt subsistentiae. Denominatio autem hominis non est reapse denominatio sed substantia communis hominum, et propria est omnium hominum denominatio; nomina vero sunt Adam, Abraham, Isaac, Iacob; haec, inquam, nomina sunt. Sed divinae personae sunt quidem nomina; nomina tamen sunt personae; personae demum significant id quod est et subsistit, quae est essentia Dei. Nomen quoque naturae significat subsistentiam veluti si dicamus hominem. Cunctae (*personae*) una natura sunt, una essentia, una voluntas, appellanturque Trinitas sancta, quae sunt nomina subsistentia, una natura in tribus personis, ac genus unum. Filii vero persona unita est, nempe unum ex duobus, id est divinitate simul et humanitate, quae duae unum constituunt. Neque tamen hinc divinitas ullum accipit incrementum, sed Trinitas manet prout erat. Ne personis quidem, seu nominibus, novum aliquid accidit, sed eae aeternae sunt, et sine tempore. Nemo tamen ipsas ante cognoscere valuit quam Filius caro factus eas manifestavit dicens:

(1) Codex arabicus mendose *Caesareae Cappadociae*.

Pater, manifestavi nomen tuum hominibus; clarifica me tu quoque, ut cognoscant me Filium tuum. In monte autem Pater clamavit dicens: hic est Filius meus dilectus. Idemque super Iordanem Spiritum sanctum suum misit. Atque ita nobis demonstratum fuit, Trinitatem in pari honore esse sempiternam. Porro Filii ex Patre generatio incomprehensibilis est atque ineffabilis; et quia spiritalis est, scrutinio fit impervia; res enim spiritalis neque intelligi potest a re corporali neque vestigari: longe enim id abest ab humana natura. Nos quidem homines generationem nostram cognoscimus, sicut aliarum quoque rerum; res tamen spiritalis supra humanam conditionem est, neque ullo modo ab hominum mentibus potest intelligi. Spiritalis substantia perire nequit neque dissolvi; nostra autem, utpote facilis intellectu, perit atque dissolvitur. Qui enim fieri potest, ut homo qui sex lateribus circumcluditur, oriente, occidente, borea, austro, abysso, et caelo, rem intelligat quae supra caelos est, infra abyssos, ultra boream et austrum protenditur, quaeque omni loco adest, et omnem complet vacuitatem? Quod si nos spiritalem substantiam scrutari valeremus, eius utique excellentia deperiret. Consideremus quae in corpore nostro fiunt, ac porro videamus utrum nobis cognoscere liceat quomodo ex corde gignantur cogitationes, verba de lingua, et similia. Iam si haec, quae in nobis fiunt, minime agnoscimus, qui fieri potest ut increati creatoris mysterium, quod omnem mentem superat, intelligamus? Certe si homini pervium esset mysterium hoc, nequaquam divus affirmasset Iohannes: Deum nemo vidit umquam. Quem igitur nemo umquam vidit, is cuinam similis reputandus est, ut inde generationem eius cognoscamus? Et nos quidem sine

ambiguitate cognoscimus animam nostram in nobis habitare corpori unitam; sed tamen quis animam suam umquam vidit? quis eius cum corpore coniunctionem dispicere potuit? Id unum nempe cognoscimus, animam intra nos esse corpori copulatam. Sic ergo arguimus et credimus Verbum a Patre esse generatum, quin rei tamen rationem exploratam habeamus vel sciamus. Ipsum est ante omnem creaturam, sempiternum de sempiterno, ceu fontem a fonte, et lumen de lumine. Equidem vocabulum verbum ad illa tria pertinet verborum genera quae in scripturis nominantur, neque substantialia sunt, nempe (τὸ κατ' ἔννοιαν,) προφορικόν, atque ἀρθρικόν. (τὸ κατ' ἔννοιαν) certe non est substantiale. Προφορικόν autem est illa vox quam a Deo audiunt prophetae, seu propheticus ipse sermo; ac ne hic quidem est substantialis. Denique ἀρθρικόν, est sermo humanus in aëre efformatus, verbis constans, qui pariter haud est substantialis (1). Verumtamen Dei Verbum substantiale est, excelsa validaque natura praeditum, et cum ipso aeternum est, atque ab eodem inseparabile, neque periturum, sed sempiterna coniunctione mansurum. Verbum hoc caelum creavit et terram, et in ipso facta sunt omnia. Est hoc brachium virtusque Dei, a Patre propter indivisibilem naturam numquam separandum, et cum ipso Patre carens principio. Hoc nostram de Maria virgine sumpsit substantiam; et quatenus quidem spiritale est, Patri est indivisibiliter aequale; quatenus vero corporeum, nobis pariter aequale est inseparabiliter. Rursusque quatenus spiritale est, aequiperat sanctum Spiritum inseparabiliter et sine termino. Neque duae erant, sed unica Trinitatis sanctae

(1) De his legesis graecos patres apud Petavium de Trin. lib. VI.

natura ante Filii Verbi incarnationem; atque unica mansit natura Trinitatis etiam post Filii incarnationem. Siquis vero accessisse incrementum Trinitati credit propter assumptam a Verbo humanitatem, is a nobis alienus est, et ab ecclesiae catholicae et apostolicae ministerio. Haec est fides integra, sancta, apostolica Dei sancti. Laus Trinitati sanctae in aeternum per saeculorum saecula! Amen.

II.

Alexander Petro martyri successit in sede alexandrina, splendidamque in nicaeno concilio gessit personam. Huius fragmentum ex libro de divinitate recitatum fuit in concilio ephesino, Labb. T. III. p. 507; id tamen a sequentibus differt, quae nobis codex arabicus obtulit. Item haec nostra differunt ab iis Alexandri epistolis seu fragmentis, quae Cavaeus commemorat.

Ex homilia Alexandri archiepiscopi alexandrini.

Quaenam, oro, necessitas Verbum Dei filium coëgit in terram descendere, carnem de virgine sumere, panniculis involvi, reclinari in praesepe, lac adulescentulae sugere, baptizari in Iordane, iniuriam a Pilato pati, in cruce suspendi, sepulchro claudi, tertia demum die resurgere? Nonne haec omnia egit, ut nos ab interitu revocaret?

Item in eodem vel alio sermone.

O novum mysterium atque ineffabile! iudicatur iudex, ligatur qui peccatorum vincula solvit, qui mundum tenet tenetur, potatur felle qui vitam hominibus

tribuit, vivificans extinctus est, qui mortuos suscitat traditus sepulchro est. Miratae sunt caelestes virtutes, angeli obstupuerunt, timor elementa corripuit, creatura omnis attonita dixit: iudicatur iudex, et tacet? invisibilis cernitur, et id perfert? incomprehensibilis tenetur manibus, neque indignatur? impassibilis patitur, neque ulciscitur? immortalis moritur, idque tolerat? caelestis ponitur in sepulchro, idque fert aequo animo? Ob haec omnia creatura obstupuit.

III.

Silvestrum papam Leontius in opere de sectis act. III. cap. 4. collocat inter ecclesiae patres atque doctores; idemque in opere contra Monophysitas a me edito in Script. vet. T. VII. p. 134. recitat Silvestri particulam ἐκ τῶν πρὸς Ἰουδαίους. *Rursus ego op. praedict. T. VIII. part. 2. p. 26. Silvestri eiusdem mediocre fragmentum protuli, cuius titulus (in editione mea nescio quomodo praetermissus) in codice vat. erat* ἐκ τῆς πρὸς Ἰουδαίους ἀντιλογίας. *Utique in Silvestri actis a Surio latine editis, quae non sine varietate in graecis quoque leguntur codicibus, disputatio quaedam Pontificis cum Iudaeis superest. Et quidem capitulo 30, de duarum naturarum in Christo coniunctione doctrina sana traditur, quam tamen monophysitae lectores ad suam sententiam vi trahebant. Igitur et arabs noster ex illa altercatione cap. 32. frustum sibi decerpsit, quo suum dogma confirmari frustra putabat; quod ego quidem frustum libenter heic adscribam, tum quia variat a latino Surii, ubi etiam pro Noë disputat Zambres, tum quia veritati huius disputationis pondus adiiciunt testimonio suo Leontius sexti saeculi homo, et hic arabs monophysita. Cunctae autem a me citatae Silvestri partes in eandem fere sententiam conspirant.*

Silvester unus ex primis Romae episcopis in altercatione cum Iudaeis de servatore nostro Iesu Christo, ait:

Siquis in meridie arborem, sole splendente, caedere vellet, nonne tum securis arborem feriret, sole omnino circumvestitam? Sane, inquit, Noë. Tum Silvester addidit: num fieri potest ut sol feriatur aut caedatur, qui ceteroqui securim et arborem prorsus circumambit? Sic igitur in Christo, corpus quidem est arbor, securis passio, sol est divinitas. Passus est itaque Christus, quin divinitas deminutionem ullam propter passionem perpessa sit.

IV.

De Felicis I. PP. deperditis scriptis legenda sunt quae Constantius erudite disputat ad epp. PP. p. 293-298, quibus ego hoc unum addo quod videlicet etiam Eutyches epp. S. Leonis XXI, pro se laudat, inter alias, Felicis quoque pontificis auctoritatem. Et quidem Felicis illud fragmentum quod Constantius p. 298. recitat, legebatur a me in cod. vat. gr. 1431. inter χρήσεις *Iacobitarum. Sive ergo Felicis scripta ab Apollinaristis ficta fuerunt, ut putat Constantius, utque de illis certe Iulii demonstratum est (Phot. cod. 229. p. 830-831.) sive ea tantummodo a Iacobitis in suam sententiam perverse pertrahebantur, codex quidem arabicus novum nobis sub Felicis nomine fragmentum exhibet, in quo unica incarnati Verbi natura dicitur, quam locutionem in Cyrilli quoque et Athanasii, Gregorii thaumaturgi, ac Iulii papae, partim veris partim falsis omnino scriptis, deprehendimus, ut late Petavius disputat de incarn. lib. IV. cap. 4. 6. 7. qui hanc locutionem recte intellectam nihil officere sano dogmati evincit. Reapse tamen post chalcedonensis synodi definitionem atque praeceptum, unam iam dicere in*

Christo naturam, quolibet subiecto sensu, non licet; ne forte orientales aliqui, traditionum suarum maiorumve patroni, adhuc inter catholicos versari hanc locutionem velint.

Felix ex primis Romae episcopis in suo de incarnatione ac fide tractatu sic ait.

Credimus in Iesum Christum nostrum, et confitemur unicam eius personam, unicum individuum, unicam naturam Verbi incarnati, eiusque sine semine conceptionem. Is utique est Deus Verbum. Dei quippe est nativitas, Dei passio, Dei crux, et ferale sindonis involucrum, ac resurrectio (1). Quamobrem is dum penderet in cruce, mortuos suscitabat, qui ante aliquot saecula morte quieverant. Ipse solus unicusque est, idem in caelis idemque in terris, invisibilis ac visibilis. Ipse est Dei filius ante saecula, qui deinde in Maria habitavit saeculis completis. Ipse est unicum individuum, una persona. Siquis autem ita non credit et confitetur, eum nos excommunicamus.

V.

Felicis fragmento subnectimus Innocentii I. latiorem particulam ex eius inedita epistola ad Severianum Gabalorum episcopum. Equidem in codice arabico non Gabala, *sed* Haiala *scribitur, quae lectio vim quamdam accipit ex eo quod* Aila *episcopalis est urbs Palaestinae apud Lequinium Or. ch. T. III. p. 758; sed tamen in paucissimis quos Lequinius novit eius urbis episcopis, Severianus non censetur.*

(1) Haec catholice dicta, nemo non videt, quia non divinitas pati dicitur; sed Christus, qui Deus est et homo, in humanitate sua patiebatur. Monophysitae tamen cum Patripassianis libenter hinc erroris sui ansam sumebant.

Statim igitur de Severiano Gabalorum, urbis item syrae, episcopo cogitavi, qui contemporaneus fuit Innocentio; quodque magis interest in notitia epistolarum Innocentii deperditarum apud Constantium p. 921. cognoscimus, inter Severianum et Innocentium epistolas missitatas fuisse. Praeterea paulo infra in codice arabico fragmentum item Severiani legitur, quo loco non Haiala *sed* Gabala *sedes eius episcopalis dicitur. Mendum igitur arabici codicis ex litterulae similitudine coortum est. Hoc ergo epistolare Innocentii fragmentum ab arabe homine nobis conservatum gratanter accipiamus.*

Ex epistola quam ad Severianum Gabalorum episcopum scripsit Innocentius unus ex primis Romae episcopis.

Cum divinum e caelis Verbum advenit, et in virginis sanctae Mariae visceribus, de qua carnem sumpsit, habitavit, nequaquam corpus suum de caelo secum detulit, neque suam in terris divinitatem adeptus est; sed ipse Deus erat, ipse corpus suum in virginis utero efformavit; neque ullum in suo corpore conficiendo socium habuit, sed unus ipse confecit. Confitemur autem in omnibus, quae ab humanitate fiebant, comitem fuisse divinitatem, quae nullo umquam vel minimo temporis articulo ab humanitate seiuncta fuit. Confitemur etiam, eo ipso tempore quo noster e caelis Servator advenit, atque in virginis Mariae uterum descendit, divinitatem cum humanitate coniunxisse, quae numquam ulla in re vel actione divisae fuerunt, quandoquidem indivisibiles erant. Ac veluti eius divinitas fine caret, ita et eiusdem humanitas post resurrectionem in aeternum manet. Lac de femina suxit, nihilominus divinitas atque humanitas unum (*Christum*) constituebant. Nec quisquam putet, quo tempore di-

45

vinum in terris Verbum ad suscipiendum abs Iohanne baptismum accessit, tunc initium divinitatis eius fuisse, cum videlicet vocem patris e caelo exeuntem Iohannes audivit. Haud sane ita res se habet; verum ipso temporis articulo, quo in uterum virginis descendit, unum cum corpore et divinitate individuum effectum est; fuitque divinitas corporis consors; atque immutabili quadam ratione et inseparabili facta est unica unitas. Divinitas ab humanitate non est seiuncta. Christo in cruce existente, divinitas ab eius humanitate non secessit. In caelum ascendit cum corpore quod de virgine Maria sumpsit, atque ad optimi patris sui dexteram sedit. Haec fides nostra est. Qui autem non ita credunt, eos catholica ecclesia expellit, immo auctor eiusdem Deus excommunicat. Laus Deo in aeternum! Amen.

VI.

De Hierotheo, episcopo ut creditur antiquissimo, in operibus Dionysii areop. non semel appellato, nolo heic repetere quae Baronius scripsit in adn. ad martyrol. 4. octobr., et praecipue Halloixius in Script. orient. vitis. Sequentia vero fragmenta, prout sunt in cod. arabico, recito, nullum interponens de iis iudicium.

Hierothei apostolorum discipuli,
et Athenarum episcopi.

Lex, prophetae, atque evangelistae nunciarunt Christum de virgine natum, et in cruce passum; ipsumque viderunt de mortuis resurgentem, caelos scandentem, a patre glorificatum, aeternumque regnantem. Is est perfecta Dei mens, ante luciferum genitus, re-

rum omnium hominisque ipsius cum patre creator, per quem omnia facta sunt in omnibus, patriarcharum ac legum latorum caput, sacerdotum pontifex, regum princeps, propheta inter prophetas, inter angelos angelus, homo cum hominibus, ab aeterno rege Deo patre generatus. Hic Noachum conservavit, Abrahamum deduxit, alligatus fuit cum Isaaco, peregrinatus est cum Iacobo, venditus cum Iosepho, dux fuit cum Moyse. Hic legem dedit populo, et Iosuae victoriam. Hic a Davide psalmis celebratus fuit, eiusque passio a prophetis praedicta. Hic de virgine carnem sumpsit, et apud Bethleem est natus. Hic panniculis fuit involutus, in praesepe reclinatus, et a pastoribus visus. Hic ab angelis collaudatus, et a magis adoratus. Haec illa fuit gloria, quae Iohanni apparuit cum Iesus in Iordane fluvio baptizatus est. Hic in deserto tentatus, dominus compertus est. Hic apostolos congregavit, regnumque annunciavit. Hic claudis gressum, leprosis sanitatem, lumen caecis, vitam mortuis donavit. Hic est quem populus in templo vidit, nec tamen in eum credidit. Hic a Iuda proditus, et a pontificibus captus. Hic clavis in corpore exceptis, ligno est adfixus. Hic mortem obiit, et funebri sindone fuit involutus, et postea revixit. Hic est dormientium resurrectio, pereuntium salus, lux degentium in tenebris, captivorum redemptor, dux errantium, vim patientium refugium, ecclesiae sponsus, pastor eorum qui liberati fuere, Cherubim rector, angelicarum turmarum antesignanus, Deus de Deo, Patris filius, Iesus Christus rex aeternus per saecula saeculorum (1). Amen.

(1) Haec omnia congessit Hierotheus ut unum esse Christum demonstraret, Deum simul et hominem.

Eiusdem Hierothei.

Sacri libri quemadmodum Christum hominem, sic eundem Deum nobis declarant; atque ut corpus habere docent, ita etiam spiritu praeditum tradunt, eumque Verbum Dei esse, immo ipsum Deum. Atque ut eum postremis temporibus de virgine procreatum, sic etiam omnis creaturae primogenitum eundem cognoscimus. A Deo venit; et qui esuriit, idem turbas saturavit; idem sitivit, idemque potum propinavit, Hebraeis primum de lapide qui Christus est, atque idem Christus spiritalem aquam fidelibus ministrat ad vitam aeternam. Idem laboravit, idemque laborantibus et gravatis levamen praebuit. Idem Davidis filius et dominus. Idem de stirpe Abrahami, simulque Abrahamo anterior. Qui contumelias et sputa in facie pertulit, idem Spiritum sanctum insufflavit in apostolos. Qui maerorem est passus, idem populo laetitiam contulit. Qui consistens palpabilisque fuit, idem de medio circumstantium exiit, quin ab his capi potuerit. Ianuas clausas penetravit, nullum ab his impedimentum expertus. Qui dormiit, idem evigilans increpuit mare, imperavitque ventis qui obtemperarunt. Et quomodo alios resuscitavit, sic ipse in semet vivit, liberatorque est. In terra contumeliis blasphemiisque fuit appetitus, idemque celsior est cunctis caelestibus, a quibus etiam gloria adficitur. Crucifixus secundum infirmitatem, virtute Dei vixit. Ad infimas telluris abyssos descendit, idemque ad caeli summitatem conscendit. Clausus sepulchro est, qui universum mundum sua praesentia replet. Mortuus est qui in aeternum vivit.

VII.

Archaei qui post discipulos Domini episcopus fuit leptitanae urbis in Africa.

Celebrandum est pascha die dominico; tali enim tempore catholicae ecclesiae gaudium completum fuit, et unusquisque aeternae vitae destinatus; etenim eo die resurrectionis mysterium, speique immutabilis, et regni hereditate capiendi confirmatum est. Hoc tempore Dominus de morte triumphavit inimica hominum, corpore suo suscitato, quod numquam deinceps moritur, sed immutabile cum spiritu perseverat; quod quidem corpus gloria circumdatum Patri obtulit, postquam ei caelorum fores patuerunt.

VIII.

Eupraxii Armeniorum episcopi.

Si his non credunt, apostolo dicenti credant: cum venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. Ait autem Deus filium suum esse Deum, non aliquem ex alio ortum, non unum ex aliis, sed suum tantummodo, cuius est generatio ineffabilis. Hunc autem postea incarnatum in muliere, factumque unum cum carne quam sumpsit. Aitque factum ex muliere propter id quod sumpsit, et factum sub lege, eiusque divinam generationem legem praecessisse, simulque ipsum lege esse posteriorem.

Idem Eupraxius ait.

Erubescant nunc vanorum vocabulorum auctores.

Scriptum est enim, regnum Dei haud ab hominum consensu pendere sed a manifestatione ac virtute Spiritus. Caveat quisque ne deitatem a corpore separet. Unus est filius Dei.

IX.

Ut a codice arabico tantisper recedam, ad eundem mox reversurus, inseram heic homiliam Timothei ·III· alexandrini patriarchae haeretici, ex syriaco codice vaticano 103. sumptam (vide Script. vet. T. V. part. 2. p. 39.) quae etsi idem argumentum Christi Dei et hominis, a Monophysitis saepe corruptum tractat, nihil tamen reprehensione dignum continere videtur. Timotheus hic alexandrinam anno Christi ·DXIX· adiit, anno autem ·DXXXV· mortem cum vita commutavit. Homiliae autem, cuius titulum infra recitabimus, mediocre fragmentum graece, id est in originario sermone, conservavit Cosmas indicopleusta lib. X. p. 332. inter patrum auctoritates ab ipso consarcinatas. Integram vero codex syrus praeditus exhibet; quare mihi placet partes quidem priorem et postremam apud Syros tantummodo extantes latine exhibere, mediam vero apud Cosmam superstitem, graece attexere; ita ut ex utraque lingua totus hic sermo lectoribus repraesentetur.

Homilia Timothei archiepiscopi alexandrini, dicta in ambone ecclesiae Dionysii, cum lecta fuissent evangelica verba Iohannis " Iesus autem fatigatus est itinere, et sedit. „ Habita est die dominica, xxii. maii, indictione quarta.

Paulo aliter graecus titulus.

Τιμοθέου, ἐν τῇ **Κυρίνου** ἐκκλησίᾳ κυριακῆς οὔσης, παχὼν κβ΄. ἰνδ. ε΄. ἀναγνωσθέντος τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου· ὁ δὲ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο.

Homilia.

Dominus et Deus noster Iesus est ipsa veritas fiducia ac lux. Nulla in hoc est difficultas, nihil abstrusum, nihil quaestioni obnoxium; sed se talem credi perfecte voluit, qualis reapse est. Τοιγαροῦν ἐπειδὴ θεός ἐστιν ἅμα καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, πιστοῦται διὰ τῶν ἔργων ἀμφότερα, καὶ λανθάνειν τοὺς ὁρῶντας οὐκ ἀνέχεται· ὅτι μὲν γὰρ φύσει θεός τε ἐστὶ, διὰ τῶν ἔργων καὶ διὰ τῶν σημείων ἐπιδείκνυται, λεπροὺς καθαιρῶν, φωτίζων τυφλοὺς, καὶ παρειμένους ῥωννὺς, καὶ τεθνηκόσι διδοὺς ζωήν· καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ταῦτα γὰρ ἴσως καὶ προφῆται κατώρθωσαν, διαῤῥήδην παῤῥησιαζόμενος καὶ λέγων, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ἀλλὰ τοῖς μὲν, ὡς ἔφην, πιστοῦται τὸ μεγαλοφυὲς τῆς θεότητος· ὅτι γε μὴν καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ἀληθῶς ὁ αὐτὸς, οὐδὲ τοῦτο βούλεται λαθεῖν, προανακόπτων τοὺς τὴν φαντασίαν νοσοῦντας, δεικνὺς ἐναργῶς πάθεσιν ὑπουργῶν· καὶ ποίοις πάθεσιν; ὅσα δι᾽ ἀσθένειαν οὐ δι᾽ ἁμαρτίαν τῇ σαρκὶ προσῳκείωται, τὸ πινῆν λέγω, καὶ διψῆν, καὶ ὑπνοῦν, καὶ κοποῦσθαι· ταῦτα γὰρ φύσει καὶ οὐ προαιρέσει συμβαίνοντα, ἁμαρτίαν τοῖς ὑπομένουσιν οὐ προστρίβεται· τούτοις οὖν ὁ κύριος τοῖς ἀναμαρτήτοις πάθεσιν ἔφησε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα πειθαρχεῖν, δεικνὺς σαφῶς ὡς φύσει καὶ ἀληθείᾳ καὶ οὐ δοκήσει, γέγονεν ἄνθρωπος. Idcirco ille esuriit, qui quinque panibus quinque hominum milia satiavit; sitivit is, qui de lapide potum Israheli in deserto elicuit; laboravit is, qui dixit, venite ad me omnes qui laboratis et gravia onera fertis, et ego reficiam vos. Item dixit, tristis est anima mea usque ad mortem, ille qui lacrimas ex omnium facie abstergit.

Illum denique dormisse etiam audimus, qui ait non dormire neque dormitare eum qui Israhelem custodit. Cum igitur audis, o sodes, has humiles passiones, cave ne ab excelsa divinitate unigeniti filii Dei discedas. Ait praeterea divus evangelista, Iesum ex Iudaea secessisse; id quod ob multa significanda patravit; primo ut suam divinitatem ostenderet; iterum ut demonstraret se tempore idoneo interfectores suos vitare, ne isti audacter Deum tentarent; denique ne ante statutum tempus ansam perfidis Iudaeis praeberet, ut suum peccatum perficerent: quare etiam ab his quaesitus ad necem, turbae immixtus delituit. Idcirco discipulos quoque monuit, ne in viam gentium abirent, nec in Samaritanorum urbem introirent. Ergo haec omnia tempestive optimeque acta sunt; nam et cum morabatur, proderat; et peregrinans, opem ferebat; et cum aliis suberat, tamen docebat; et cum in concione fidenter versabatur, orabat; atque in omnibus animarum salutem operabatur. Cui sit honor in aeternum! Amen.

X.

Timotheo successit in alexandrina cathedra, pessimis erroribus iam maculata, Theodosius qui novae sectae factus est auctor Theodosianorum seu Corrupticolarum. Et quidem haereticos Theodosianos memorat adhuc Alexandriae vigentes sequente saeculo, id est septimo, sanctus Sophronius mirac. XII. p. 170. Huius quoque Theodosii fragmenta aliquot recitat graece Cosmas lib. praed. p. 331, sed quae cum copiosis nostris arabici codicis 101, ad quem denuo revertimur, minime congruunt.

Theodosius in epistola, quam in sua ad alexandrinum patriarchatum promotiône, scripsit ad Severum Antiochiae patriarcham.

Confiteor Verbum Deum consubstantiale esse patri suo Deo, idemque quominus cum eo existeret numquam cessasse, lumen de lumine, veritatem de veritate, viventem patris imaginem unde habet existentiam, et postremo sumpta carne factum esse hominem. Adfirmamus iis, qui sapienter amanterque grande audiunt mysterium, Verbum natura Deum, factum insuper esse hominem, quin tamen a sua vera divinitate cessaverit; paupertatem sponte suscepisse, et nihil omisisse quod pertinet ad humanitatem; unumque effectum eum carne (1), sine proprietatum suarum mutatione; carnem dico cum suis passionibus, et cum anima rationabili ac intelligente; similitudinem nostram in cunctis assumpsisse absque peccato. Aiunt enim scripturae quod iniquitatem non fecerit, neque dolus inventus fuerit in ore eius. Aequum enim erat ut quam habuit Adamus naturam, in ea quoque victoriam consequeretur, mortemque destrueret. Quamobrem Paulus ut nos doceret qua de causa Salvator noster factus sit homo, ait: " quia pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. " Si

(1) Non *Christum unum* heic intelligit cum orthodoxis Theodosius, sed *unam naturam* cum Monophysitis designat; quae est perpetua in horum scriptis labes, Aegyptiorum scilicet, Syrorum, atque Armeniorum, quotquot ei haeresi adhaerent.

nos, de quibus daemon triumphavit, certae cuiusdem naturae essemus, Deus autem Verbum aliam, praeter nostram, assumpsisset naturam, cum qua unum essentialiter factum esset, eamque impassibilem atque immortalem dum carnem sumebat, reddidisset, ceu quidam haeresiarchae (1) audacter dixerunt; tunc inanis fides nostra foret, neque magnum quid videretur quod de diabolo Dominus triumphavisset. Rursos nisi Christus victoriam de eo retulisset, neque in sua carne eas qualitates habuisset quae sine peccato consistere possunt, scilicet nisi eius caro par nostrae esset, tum quod ad essentiam attinet, tum etiam quod ad patiendum; denique nisi mortem carne sua destruxisset, numquam stimulus mortis destructus fuisset, id est peccatom, consequenterque ne mortis quidem imperium extinctum fuisset. Sed cum is reapse de Davidis semine originem traxerit; nostrique, fratrum quippe suorum, similitudinem in cunctis adsciverit, excepto peccato, ut sapiens ait Paulus, morte sua triumphavit, quam sponte in suam carnem recepit natura passibilem; quaeque vere passiones nostras exceperat, quotquot peccato carent; triumphavit, inquam, de eo qui mortis imperium tenet. Quamquam ut Deus vere est impassibilis. Quid ni igitur tali de victoria gloriemur, de servitio in libertatem vindicati? Quis non miretur mysterium scripturarum, quae expellunt Eutychem, atque alienum ab ecclesia cum fautoribus suis declarant?

(1) Eutychem intelli git.

Epistola eiusdem Theodosii patriarchae alexandrini scripta de exilio (1) ad christianum Alexandriae populum.

Christiani cum sitis, fratres, postulatis a me ut rectum fidei dogma vobis annunciem. Atqui ego probe compertum habeo, eum qui doctos docturus sit, haud oportere esse idiotam, ne tamquam pauper divitem hominem ad suum convivium invitet. Brevis autem intellectus mei modulus est, atque ut Moyses olim ait, loqui non audeo, et linguae tardioris sum. Interim tamen ut vestros animos, o Dei amatores, recreem, vobis significo me rectam et nullo modo distortam fidem retinere: aioque credere me in Deum patrum meorum, Deum omnipotentem, atque in eius praedilectum filium dominum nostrum Iesum Christum, nec non in Spiritum sanctum vivificantem, iuxta decreta trecentorum decem et octo patrum Nicaeae congregatorum, nec non illorum centum quinquaginta qui in urbe regia convenerunt, et ceterorum qui Ephesi conventum celebrarunt, impiumque Nestorium deposuerunt; nec non illorum qui Apollinarem similiter exauctoraverunt, unamque Dei Verbi naturam (2) nobis credendam proposuerunt. Confitcor insuper unum esse quem adoramus filium, Deum simul et hominem. Confiteor sanctam Mariam virginem matrem esse Dei Verbi, quod a Deo patre est, ipsamque illud in carne peperisse. Confiteor salutares a domino nostro Iesu Christo pas-

(1) Notae sunt ex ecclesiastica historia vices variae et fugae atque exilia Theodosii.

(2) En apertus monophysimus. Quin adeo ex fragmento quod Script. vet. T. VII. p. 73. dedimus, apparet Theodosium unicam quoque Christi operationem, ut Monophysitae solent, credidisse.

siones pro redemptione nostra perlatas, ipsumque in carne passum, in carne mortuum pro nobis, seque primogenitum mortuorum constituisse, qui vita est, vitaeque, utpote Deus, donator. Cunctis haeresiarchis anathema dico, iis praesertim qui malorum horum fuerunt auctores. (*Pergit Theodosius anathematizare nominatim Nestorium, Theodorum, Theodoretum Cyrilli adversarium, et Ibam; deinde Andream quemdam, quodque horribilius est, totum concilium chalcedonense (quod sanctum concilium praecipue invisum aegyptiis haereticis ait S. Sophronius mirac. XXXIX. p. 487.) et Leonem papam, a quibus ait in duas divisum fuisse naturas individuum Emmanuelem. Mox prosequitur.*) Anathema item dico Eutycheti, iisque omnibus qui dominum nostrum Iesum Christum consubstantialem nobis carne negant, divinitate autem patri. Anathema demum illis dico, qui duodecim sancti patris nostri Cyrilli capitula, vel aliud quidvis ex eius voluminibus oppugnaverunt (1).

Haec breviter dilectioni vestrae exposuimus. Nunc magni prophetae Moysis verba consideremus, qui duas confici tubas de puro argento mandavit, ut eis sacerdos quum opus foret israheliticum populum ad testimonii tabernaculum convocaret. Sapiens Cyrillus interpretatur sic, nempe Dei sacerdotes non semel sed

(1) Nota est Monophysitarum aeterna stropha, qui sibi ducem ingratiis sanctum Cyrillum praeposuerunt. Id potissimum in suo Philalethe seu Cyrillo, de quo opere apud nos inedito locuti alibi sumus, fecit Severus; quem salse in poëmate deridet Pisida v. 112.

Ὦ πανταχοῦ Κύριλλον εἰς μέσον φέρων,
Φρονῶν δὲ μηδὲν τῶν ἐκείνου δογμάτων.
O qui Cyrillum semper buccis concrepas,
Nullique eiusdem dogmati consentis!

Sic fere Ianseniani sanctum Augustinum habere se ducem iactant.

iterum congregari debere. Sic enim verus Israhel ad concilium vocatur, mens videlicet quae Deum spectat; traditurque doctrina fidelis de divinitate, et de incarnatione quam nostri causa est operatus; ut homo interior creetur, novus inquam homo ad imaginem sui creatoris. Quamobrem nos quoque spiritalis illius tubae, divi nimirum Cyrilli, doctrinas sanctas amplexi sumus.

Consolamur vos omnes, fideles verique Israelitae, cunctique festinemus ad verum testimonii tabernaculum, quod nobis unicus Christus sanguine suo adquisivit. Denuo igitur dico credoque in Deum omnipotentem, atque in unum dominum Iesum Christum, ex Patre natum ante omnia saecula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Hic propter nostram salutem factus est caro ex Maria virgine, Spiritu sancto operante, homoque nobis omnino similis evasit, excepto peccato; quia iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore eius. Hinc oportet ut Adami natura, in qua retulit victoriam, coronam triumphalem consequatur per Christi mortem. Cum enim is vivens crucifixus fuit, vita est factus, mortisque destructor. Hanc admirabilis unionis causam declaravit apostolus dicens: " quia pueri communicaverunt carni et sanguini, et ,, ipse similiter participavit eisdem, ut per mortem de- ,, strueret eum qui habebat mortis imperium, id est ,, diabolum, et liberaret eos. Numquam enim angelos ,, sed potius semen Abraham apprehendit. ,, Profecto non erat Deo arduum eum destruere qui mortis tenet imperium; sed enim insuper liberare eum voluit, quem daemon devicerat; ideoque ex eo sumpsit, quod reapse sumpsit; passionesque etiam recepit, quatenus eum decebant, nec peccato reddebant obnoxium. Secus vero,

si Verbum ad nos venisset cum caelesti corpore, vel carnem sine passionibus innocuis suscepisset, ut volunt phantastici, ad gloriam minime perveniremus. Nunc quia ipse de semine Abrahae ortus est, seque similem fratribus suis effecit in omni re, praeter peccatum, ut hactenus diximus; cumque passiones in carne exceperit, mortemque etiam nostri gratia, qui alioquin quatenus Deus impassibilis immortalisque est, pulchram enimvero gloriam adquisivimus, atque ab amarae mortis minis expediti sumus.

Sic igitur fratres mei dilectissimi credite. (*Cumulat deinceps furiosus homo anathematismos suos contra orthodoxos, qui duas in Christo naturas confitentur. Deinde prosequitur contra phantasticos, et incorrupticolas, aliosque haereticos.*) Siquis dixerit Verbum ante resurrectionem suam, habuisse corpus sine passionibus iis quae carent peccato, ita ut phantasmati aut umbrae simile fuerit, anathema sit. Siquis dixerit vivificum Christi corpus in sepulchro fuisse corruptum, anathema sit; etenim scriptum est, animam eius in inferno non permansisse, neque corpus eius corruptionem vidisse. Siquis dixerit, in sacro corpore pretiosoque sanguine Christi, quae super altare extollimus dum ipsorum liturgiam perficimus (1), mortem eius ac passionem commemorantes, passionem aut mortem aut corruptionem intervenire, anathema sit.

Haec firma ac rata apud vos omni tempore sint. Aliam quoque sanctissimae Trinitatis personam confi-

(1) En novum testimonium palmare et perspicuum de corporis sanguinisque Christi praesentia in tremendo altaris mysterio. Et quidem vix apud orientales ecclesias vestigium ullum, aut ne vix quidem, contrarii erroris conspicitur. Confer etiam sequentem homiliam.

temur, vivificum nempe Spiritum qui a Patre procedit, aequaliterque cum Patre ac Filio semper glorificatur. Valete in Domino. Meum vobis, carissimi, in Domino amorem significo. Vos pro mea quoque infirmitate orate, ut clementissimus dominus Deus noster in recta fide nos servet ad extremum spiritum, quae nostra unica spes est. Patri, Filio ac Spiritui sancto laus sit nunc et semper per omnia saeculorum saecula! Amen.

Homilia dicta a Theodosio archiepiscopo alexandrino qua confitetur Trinitatis sanctae aequalitatem, contra suorum temporum perfidos. Dicta fuit haec homilia postquam in exilium pulsus fuerat.

Sonora illa prophetae Esaiae vox ait cap. VI. cum magnam Dei gloriam vidisset: vidi Dominum exercituum sedentem super solium excelsum atque sublime; Seraphim eum circumibant; sex alae erant uni, et sex alae alteri; duabus facies suas velabant, duabus item pedes suos; duabus denique volabant; et clamabant invicem alter alteri dicentes: sanctus, sanctus, sanctus Dominus exercituum. Quibus vocibus tria nomina innuebant, Patrem scilicet, Filium, et Spiritum sanctum, tres personas, tres subsistentias. Dixerunt " Dominus exercituum „ ut nobis effatim demonstrarent unum esse Deum. Dixerunt unum simulque tres, quia Deus in tribus hypostasibus est seu personis, unus tamen quod adtinet ad naturam, sicuti una est Trinitas sancta. Harum personarum una est potestas, una gloria, una deitas, unum imperium. Pater antea non sic extitit ut postea Filium genuerit, aut Spiritum sanctum; sed ita aeternus est Pater, ut coaeterni sint ei

Filius ac Spiritus sanctus. Filius genitus est a Patre, Spiritus autem ab eodem diffusus. Una est Trinitas increata. Neque vero Filius creatus fuit, sed a Deo patre genitus; Spiritus denique ex hoc ipso diffusus. Aversemur itaque amaram illam vocem verbaque diabolica Arrii veritatis hostis, cuius nomen non est commemorandum. Cuncti enim caelestes ordines exhorruerunt, cum is duram illam protulit vocem, Filium nempe Dei esse creatum. Perfidiam aeque repudiemus hostium Spiritus sancti, qui bellum ei inferunt, dum sub alieno imperio constitutum affirmant; quo dicto hi perfidi adversarii imperfectionem in sanctam Trinitatem invehunt. Neque item maledicta Sabellii verba admittamus, qui unam in Trinitate sancta agnoscit personam.

Profecto haud ita nos docuerunt multis oculis praediti Seraphim, quos in illum ignem intendere non valebant, nempe in Dominum exercituum, cuius gloriâ caeli ac terra redundant. Iam qui aspicit terram et facit eam tremere Deus Verbum, qui est in sinu Patris, consubstantialis per omnia Patri, hic caelo descendit, et in sancta Maria virgine incarnatus est, homoque est factus non phantasmatis instar, sed secundum rei veritatem, propter humani generis salutem; sumpsitque sibi de ipsa substantia nostra corpus, commune nobiscum, excepto peccato, anima et mente praeditum, anima inquam rationali; unumque secum corpus effecit secundum personam, sine confusione aut commixtione, mutatione vel conversione. Non est mutata in corpus deitas, neque corpus transiit in deitatem, sed utraque natura in suis quaeque limitibus manet (1). Neque hae duae sunt divisae naturae; minime

(1) Si heic sisteret Theodosius, error eius videretur λογομαχία.

gentium; quod ait Nestorius, qui divisit indivisibilem, unicum scilicet Christum in duas naturas (1) post ineffabilem unitionem, duosque in Deo recipit pro unico filio Iesu Christo domino nostro, indivisibilem Deum dividens, et quaternitatem pro Trinitate constituens. Ait enim debere nos credere in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, atque in Christum; divinam illam proculcans vocem quae in evangelio clamat: ego et Pater unum sumus; et qui videt me, iam vidit Patrem meum. Quod si forte hanc duplicitatem admittimus, prout impius Nestorius loquitur, utrum ex duobus adoraturi sumus? Deum ne an hominem? Si adorare nos dicimus natum de Virgine Christum, seu Emmanuelem, qui interpretatur nobiscum Deus, voce Patris reprehendemur clamantis super Iordane: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Haud quippe dixit hic est filius Mariae, sed dixit: is in quo mihi complacui, filius meus est dilectus, non secundum humanitatem sed secundum divinitatem; neque enim Mariae filius est secundum divinitatem (*si separatim spectetur*) sed secundum oeconomiam humanitatis, quam de deipara Maria sumpsit sine humano semine, ita ut fieret unus cum corpore secundum personam. Atque ita Deus Verbum salutiferam passionem in suo corpore excepit, quocum unus erat secundum personam.

Postea deflectit paulatim Theodosius ad doctrinam monophysiticam, invehiturque manifeste in S. Leonem rom. pontificem propter illam dogmaticam ad Flavianum constantinopolitanum epistolam, cuius aucto-

(1) Intellige duas separatas naturas, quae erat Nestorii sententia, putantis Christo homini supervenisse deitatem, veluti fere alicui prophetae, coniunctione quadam morali et gratiosa.

rem graeca ecclesia columnam fidei appellavit. Theodosius vero in duas non solum naturas sed et personas divisum ab eo Christum dicit falsissime et calumniosissime. Ait quippe inter cetera Leo : " *unus idemque est, quod saepe dicendum est, vere Dei filius, et vere hominis filius.* „ *Et mox* " *unitas personae in utraque natura intelligenda est.* „ *Et denique* " *unum Dei filium et Verbum confitemur et carnem.* „ *Pergit deinde Theodosius ad quaestiones S. Dionysii alexandrini cum Paulo samosateno ; quo fit ut novum iam testimonium hinc lucremur veritatis eius epistolae dionysianae, de qua diu sermo est in praefatione novissimae editionis romanae operum praedicti patris, qui cum meliore dogmate ac fama Theodosio in alexandrina sede praeivit. Meminit etiam errorum Manichaeorum, Phantasiastarum, et Eutychianorum adversus Domini incarnationem. Etenim exploratum est Monophysitas ab Eutyche quoque dissensisse, cuius crassam haeresim Severus aliique recentiores valde temperarunt. Denique Iulianum quoque halicarnassensem reprehendit Theodosius qui Incorrupticolarum princeps erat. Iam multis interpositis, veritatem cum errore permiscens, sic ait :* Christum in duabus naturis non dicimus post unitionem, sed cum patribus nostris sanctis dicimus Christum deitate et humanitate constare ; atque haec duo unum efficere secundum personam. Quare et affirmamus cum magno apostolo Petro Christum passum esse in carne pro nobis, mortuum in carne, quamquam spiritu viventem ; passum corpore, in quo erat divinitas. Nec dicimus quicquam passionum ad deitatem usque pervenisse ; id enimvero potius negamus ; sed deitatem cognovisse passiones dicimus, quae corpori inferebantur. Etenim si forte affirmare-

mus, passiones corporis deitati fuisse incognitas, phantasma cum Eutyche confingeremus etc.

Obiicit deinde sibi tamquam ab Arrio locum illum " ego sapientia, Deus creavit me in initio operum suorum. „ Quam locutionem non de Verbi deitate, sed de corpore a Verbo assumpto intelligendam esse contendit. Hoc, *inquit*, corpus deitati unitum, sapientia Dei est; corpus hoc, ecclesiae caput est, princeps et primogenitus mortuorum. Idcirco Christus dictus est Emmanuel, nempe Deus nobiscum, sive homo et Deus. Idcirco item hoc corpus, Verbo copulatum, appellatur initium operum Dei etc. *Multa praetereo, quae in hanc sententiam ex prophetis evangeliisque Theodosius dicit, inter quae etiam crimen patripassianum a se et a sua secta amovere nititur. Dicit enim manifeste, deitatem passionibus cunctis esse superiorem; Christum passum et mortuum uti hominem, impassibilem et immortalem esse uti Deum. Demum sic concludit de Christo unico loquens ex deitate atque humanitate composito, cum insigni testimonio de corpore et sanguine Domini in eucharistia praesentibus.* Si hoc, *inquit*, corpus quod sumimus, atque hic pretiosus sanguis, non sunt Dei Verbi, sed hominis tantum corpus et sanguis, tunc ipsi Iudaei nos increpabunt, qui vitam ipsorum coram propriis oculis suspensam viderunt, neque tamen ei crediderunt; increpantesque dicent: cur nos reprehenditis, quasi Deum crucifixerimus? Tunc et omnes gentes nos irridebunt, quia hominis corpore et sanguine vescimur, et quia spem nostram in homine collocamus etc. *En igitur ut orientales ecclesiae, quamquam haereticae, de corpore et sanguine Domini sub panis vinique specie latentibus non dubitabant!*

XII.

Pervenimus ad Severum antiochenum, Monophysitarum columen, cuius prae ceteris scripta in arabico codice adeo abundant, ut ea nonnisi partim excerpere nobis liceat.

Ex epistola synodica Severi patriarchae antiocheni ad Theodosium archiepiscopum alexandrinum, qua respondet eiusdem epistolae ad se missae.

Sicut Aaronis virga frondnit, et floruit, amygdalasque protulit, ita Emmanuel ortus est, nobisque hac ratione similis est effectus. Virga regnum eius portendit, quia hic Emmanuel sic genitus fuit, ut eius origo tempore et initio careat; generationem eius dico ex Deo patre, cum quo, simulque cum sancto Spiritu, semper extitit, et caelestium atque terrestrium imperium tenet. Idem nostri causa est incarnatus, homoque factus absque sui immutatione, atque in carne apparuit de stirpe Iesse ac David, quia videlicet ab his genus ducebat intemerata virgo Maria Dei mater. Idem factus est apostolus nostraeque salutis pontifex, atque hac ratione virga quoque fuit sacerdotalis, ut nos corrigeret, atque ut ad audiendam evangelii doctrinam vigilaremus, unde amygdalae christianis fidelibus extiterunt, qui sunt virtutum flores ac fructus. Iamvero homines qui hasce res scrutati sunt, aiunt amygdalinam virgam praecavendi vim tribuere: atque idcirco Deum per Hieremiam prophetam aenigmatice de falsis dixisse prophetis: quid tu vides, Hieremia? Et dixi: virgam ex arbore amygdalo. Dixitque ei Dominus, recte vidisti quia observabo dicta mea ut fa-

ciam illa. Atque ut illi qui virtutibus student, antea molestiam laboremque patiuntur, deinde luce ac voluptate fruuntur; ita amygdalae cortex extimus mordet, nucleus autem candore dulcique sapore praeditus est.

Hanc virgam, dilecte frater, nactus es, eaque in voluminibus tuis impressa splendescit, tibique prudentiam sacerdotio congruam contulit: neque enim quisquam sibi honorem sumit, nisi cui Deus ipse attribuit, uti Paulus ad Hebraeos scribit. Nonne hoc videlicet Isaias nuntiavit dicens: egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius efflorescet, et requiescet super eum Spiritus Dei, Spiritus sapientiae, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus auxilii et perennitatis, et replebitur Spiritu timoris Dei? Persona igitur permanens divini Verbi, quae ex ipsa Patris substantia est, arcana sapientia Unigeniti, per quem facta sunt omnia, cum plenam perfectamque gloriam ac fortitudinem, et quicquid divinae naturae proprium est haberet, absque ulla infra Patrem Spiritumque sanctum diminutione, demisit ipsa se, quin suam divinitatem immutaret; atque in essentia sua immobilis, assumpsit secundum oeconomiae rationem, uti traditum est, omne id quod humanae humilitatis est proprium, comes noster in omnibus effectus, praeter peccatum; verus scilicet homo; nobisque apparuit virga ex radice Iesse, nativitatem suam manifestans, absque humano semine commercioque coniugali, ex inlibata virgine Maria Dei matre, quae virginitatem omni tempore retinuit; quia virga naturaliter ex aliqua origine prodit; et quia aeternum Dei Verbum, Patris virtus, per se ipsum Virginem obumbravit, uti evangelia docent, dum descendente ineffabiliter Spiritu sancto atque in Virginem adveniente, corpus rationale atque animatum,

unicum quid evasit cum Verbo in personae subsistentia. Atque haec videlicet de qua loquor unio, divinitatis et humanitatis coniunctio est.

Qua porro ratione haec unio acciderit, nemo intellectu suo comprehendere potest. Neque item dicere licet corpus extitisse ante coniunctionem cum divinitate; sed nobis compertum est Emmanuelem unum esse effectum ex duobus, divinitate scilicet et humanitate; quarum utraque secundum naturam suam perfecta est. Hoc autem Emmanuelis nomen magnum est et inseparabile, firmumque mysterium fidei, quae nos docet quod Dei Verbum ante omnia saecula extiterit, quodque habeat inseparabiliter cunctas corporis proprietates, quodque fuerit conceptum, et editum post plenam a conceptu periodum. Atque haec verae fidei professio nobis declarat, divinam naturam prorsus non esse mutatam, sed in suo statu mansisse; item Dei matrem omni tempore virginem ante et post partum fuisse; ipsum vero *Iesum* utpote Deum, naturaliter atque essentialiter habere secum Spiritum sanctum; atque ipso temporis puncto, quo in matris suae sinu conceptus fuit, corpus non sine Spiritu sancto fuisse, ita ut unum quid cum Verbo fuerit, sicuti dictum est; sicque accidit ut in incarnatione corpus a Verbo divisum non fuerit.

Et quidem Spiritus sanctus illo etiam tempore apparuit, quo Iesus in Iordane ad baptismum accessit, non quod ipse enimvero ablutione indigeret, nec quod ei nobis hominibus opus esset, verum ut nobis demonstraret atque ordiretur secundam regenerationem. Spiritus vero sanctus alas suas super aquas tendebat ante haec etiam, quae propter nos sunt effecta sapienter atque ordinate, tamquam alterum reformationis nostrae

principium. Dicendum est ergo Iesum accepisse Spiritum suum essentialem illum, de quo loquitur Isaias dicens: Spiritus Domini super me, ideo unxit me. Quasi scilicet de eo proclamans, quod ille Spiritus, qui mihi est naturalis, super me venerit. Cur autem nunc Christus vocor, nisi quia hominem me feci? Hic est salus nostra, sanatio nostra, confirmatio nostra. Post haec autem dicit: ideo unxit me, misitque me ad annunciandum humilibus, ut mederer contritis corde, et indulgentiam captivis praedicarem, caecisque visum. Verumtamen sanctus Spiritus super eum descendit propter humanitatem secundum oeconomiae rationem; etenim ad divinitatem quod adtinet, Spiritus est ipsi connaturalis, ut Deus in Deo; dicente ipso, quod Pater in Filio sanctoque Spiritu totus est.

Iam hic descensionis actus haud equidem ex parte fuit, veluti prophetis singulis accidit; neque eadem ratione super Iesum Spiritus Domini venit; verum ut ait Isaias propheta, qui ut actus plenitudinem nobis ostenderet, septies inculcavit dicens: requievit super illum Spiritus Dei, Spiritus sapientiae, Spiritus intelligentiae, Spiritus consilii, Spiritus scientiae, Spiritus fortitudinis, Spiritus timoris Domini; etenim septenarius numerus apud Hebraeos perfectus habetur. Ille vero Iohannes, quo maiorem neminem mulieres procreaverunt, ait: ego nesciebam eum, sed qui misit me ad baptizandum aqua, ipse ait mihi, super quem videris Spiritum descendentem, et in eo manentem, ipse est qui baptizat in Spiritu qui super eum descendit. Qui Spiritus non est ab eo alienus, sed unus cum ipso quod ad essentiam est, cum eoque fuit ante omnia saecula.

Quam ob rem Deus credentes in eum baptizat Spi-

ritus sancti munere, prout suam divinitatem decet: cum hoc patravit miracula, qui sibi connaturalis est et consubstantialis. Neque ipse extranea aliqua et non propria virtute utitur, ut prophetis usuveniebat: neque loquitur, ut prophetae solebant cum miracula in nomine Domini edebant; verum utpote Deus, et regnator sublimisque Dominus ait leproso: volo, mundare; ac reapse sanitatis donum prius erat in eius voluntate quam in dicto. Rursus fluctibus maris imperavit ut quiescerent neque diutius tumerent, statimque quieverunt, veluti si nulla procella fuisset: iam enim a mundi initiis fines huic elemento constituerat et claustra, ipsi imperans ut usque ad certum terminum deveniret, quem nequaquam transgrederetur. Sic etiam cum navis, quam apostoli insceuderant, crebris fluctibus quateretur ventisque agitaretur, repente ipsis visus est super illa abysso perambulans, cuius elementi natura telluris instar sub eius pedibus effecta est, vi sua priore dimissa. Sic etiam non sine divina efficacia Lazaro dixit pannis obvoluto quartaque iam die defuncto: Lazare exi foras; reque vera mortuus ille de sepulcro exiliit.

Neque sic huiusmodi auctoritate utebatur in his miraculis, ut modo aliquo sui minime digno iuberet; immo vero divinae maiestatis apprime rationem habebat, ut tamquam legis latorem se gereret, nobisque evangelicas leges insinuaret. Atque ita nobis declarabat se una cum Patre suo sanctoque Spiritu priscis legem dedisse; nunc autem ceu disciplinae auctorem nos ab antiqua lege resolvere, mentemque nostram lumine illustrare, ut evangelii nobilitatem agnosceremus, cum diceret: audistis quia dictum est antiquis, non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego au-

tem dico vobis, quia omnis qui irascitur frustra fratri suo, reus erit iudicio. Insuper dico vobis, quia omnis qui mulierem viderit eamque concupiverit, iam ipsam moechatus est. Et ne iuretis omnino, et diligite inimicos vestros. Sic igitur quicquid dicit, veluti Deus dicit dominusque omnium creatarum rerum cum Patre et sancto Spiritu, et tamquam una de tribus personis, (in quibus unum obiectum, unamque divinitatem communem cunctis agnoscimus.) Deus Verbum incarnatus est homoque factus per oeconomiae humilitatem, quin tamen deitatis maiestatem dimitteret, vel suam filiationem immutaret, quam ante saecula possidet. Neque deitas in corporis naturam perversa est, neque rursus corpus ad deitatis substantiam transiit; siquidem fieri nequit, ut deitas in rem creatam vertatur. Numquam igitur natura divina in eo desiit, seque aeternum semper appellavit. Nam et illud impossibile est, quod nempe corpus mutabile, ad immutabilem naturam transeat. Iamvero sicuti res, quae duabus naturis constant, si forte inter se unirentur, una res fierent, quin neutra a semet ipsa discederet, quoniam antea duae erant; sic incarnatio Servatoris nostri nobis demonstrat, quod unaquaeque ex his substantiis, quarum unio facta fuit, Verbum divinum scilicet atque corpus quod de virgine Maria sumpsit, quodque nostrae substantiae est persimile, invicem unitae sunt in personae subsistentia. Etenim ex citato exemplo cognoscimus, hoc unum individuum ex duabus inter se unitis rebus conflari, unionis quadam ratione ineffabili.

Ex his inquam perspicue apparet, Verbi divini naturam nullam in incarnatione passam esse mutationem, quia personam unam unumque obiectum videmus. Atque in unica hac persona is miracula tamquam Deus

operatus est, idemque est homo sine ulla transformatione. Ipse Deus filius est, ipse Patris filius a principio existens, voluitque postea ob suae misericordiae excessum filius esse hominis de stirpe David et Abraham. Neque sane licet, post factam unitionem, duas naturas dividere, ut Nestorius scelestus loquitur, qui naturam divinam miraculorum effectricem fuisse adserit, humanam vero dolorum patientem; atque ita cum Iudaeis duas invicem naturas distrahit. Unus quippe est Emmanuel, ex duobus consistens, qui sine ulla commixtione ex his conflatur: quippe alterutra ex his naturis, altera non est. Neque post ineffabilem unionem dividi potest in duas naturas (1); verum hic unus indivisibilis et miracula patrat, et dolores sustinet, pro suo beneplacito, passiones inquam secundum oeconomiam absque peccato; nec in ipsa humanitate umquam peccavit, nec inventus est dolus in ore eius. Esuriit sponte cum pro nobis ieiunavit quadraginta diebus; permisitque ut daemon sibi accedens diceret: dic ut lapides isti panes fiant, aliaque adderet iniquitatis dolique plena, qui nempe dolus Adamum in pulverem reverti coëgit. Verumtamen tentator fugit, cum ad eum se accessisse cognovit qui omni corpori alimentum suppeditat.

Ex eiusdem Severi patriarchae antiocheni epistola synodica ad Iohannem (2) Alexandriae archiepiscopum.

Nos quidem haud novam fidem invehimus, sed ut diximus, traditam a sanctis patribus conservare semper

(1) Non dividitur, sed distinguitur et manet in duabus naturis.

(2) Intellige Iohannem secta theodosianum, de quo videsis Lequinium in patr. alex.

inclytam fidem edocti fuimus etc. *Eodem, ut in praecedentibus, loquitur Severus modo; diserte tamen a chalcedonensi concilio se dissidere homo haereticus et pertinacissimus dicit. Nos vero fragmentum hoc praetermittimus in quo nihil novi reperimus. Concludit autem:* idcirco sanctam Virginem, veram Dei matrem dicimus, quia Verbum in ipsa conceptum incarnatumque atque ex ipsa natum, homo est, et unum quid ex duobus, deitate et humanitate, iuxta veritatis verba; confitemurque hunc esse Emmanuelem, unum Deum, unum dominum, Verbum Deum, factum hominem.

Severi eiusdem oratio Imperatori dicta.

Deus prophetis et patriarchis apparuit, prout cuiusque conditio vel occasio tulit, neque tamen corpore vestitus erat. Filiis quoque Israël per dies quadraginta incorporeus in deserto conspiciendum se dedit per signa atque prodigia. Sed tamen sub his variis apparendi formis mundi salutem non effecit, neque ad eum populi conversi sunt, sed sine Dei cognitione permanserunt. Et quidem is potissimum populus, cui apparuerat, legemque et mandata dederat, et quem prodigiis miraculisque concusserat, nequaquam firmiter ei adhaesit, neque foedus cum eo ictum servavit, sed Phagor stellasque caeli adoravit, Deum tradidit oblivioni, eiusque omnia miracula in Erythraeo eremoque edita, columnam in nocte lucidam, nubium per diem umbram, aquas contra vim naturae de duro lapide elicitas, manna de caelo pluens, et reliqua omnia prodigia quae ipsorum gratia perfecit. Nihil horum tamen veram orbi felicitatem attulit. Sed cum denique summae Dei bonitati placuit mundum ad se convertere,

suique illi notitiam praebere, caelo demisit incorporeum Filium suum unigenitum, qui in hac inferiore regione corpus assumpsit nostro simile, nervis, ossibus, sanguine, et carne compositum, prout omnino homini usuvenit, quod cunctos dolores et mortem ipsam naturae nostrae constitutam exciperet. Atque hoc mysterio mundum servavit; atque hinc mundus Deum agnovit, et diabolus cum tyrannide sua cessavit.

Nosti, o Imperator, quanta nobis a Deo absentibus felicitas obtigerit. Etenim ob Filii eius passionem mors intercidit, diabolus fugit, turbati sunt inferi, fraudes daemonum evanuerunt, qui facti sunt invisibiles, paradisus reclusus est, vitae arbor apparuit, caelum in mundum transiit, mundusque caeli vicem occupavit; Deus homo in hac inferiore regione evasit, homo autem in sublime levatus est; caelestis gloria versari coepit in terra; et qui in sinu Patris erat, Mariae sinum incoluit; quique a Patre absque feminae cubili sub incomprehensibili mysterio genitus fuerat, eum peperit incarnatum Maria sine viri copula. Naturalium subiit legem passionum, quatenus certe peccato carent, nosque a turpi diaboli servitute expedivit. Si igitur Verbum caro factum est, Iohanne evangelista testante, idem vere quoque passum fuit, ut ex evangeliorum irrefutabili auctoritate constat, quae Deus tamquam petram immobilem in ecclesia sua collocavit.

Recta fides a Severo Antiochiae patriarcha scripta ad Dei amantem Anastasium imperatorem, cunctumque populum, quo tempore pulsus fuit in exilium perfidus Macedonius (1). Hanc autem fidei expositionem Imperator susceptam osculatus est, et in imperii tabulario reposuit, ut legis instar in ecclesia foret; et cuncta praevaricantium vocabula de medio nostri abstulit.

Credimus et confitemur iuxta sanctorum patrum nostrorum statuta, episcoporum videlicet ·cccxviii· Nicaeae congregatorum, quibuscum Spiritus sanctus sine dubio versabatur. Quippe hanc sacram veluti constitutionem maiores nostri, immo et antiquiores ·cl· patres Constantinopoli, nec non alii in urbe Epheso synodice adunati receperunt. Credimus unum esse Deum patrem, confitemur etiam unicum Dei filium qui nostri causa incarnatus est, quin se *a Patre* divideret aut separaret; sed ipsum esse eundem ante et post incarnationem. Credimus item in Spiritum sanctum vivificantem, personarum Trinitatem, subsistentiam perfectam. Ipsa in tribus personis est, quas inter nulla est diversitas gloriae ac splendoris, una natura, una essentia, una dominatio, una adoratio, una gloria, ut credentes fatentur. Confitemur Patrem in ordine paternitatis, nec eum esse Filium; confitemur Filium in ordine filiationis, ita ut non sit Pater; confitemur Spiritum sanctum neque ad paternitatem neque ad filiationem pertinere; sed tres esse permanentes personas, atque unamquamque personam in sua hypostasi subsistentem, atque has unam habere deitatem, unam na-

(1) Immo orthodoxus Macedonius II. constantinopolitanus, ab haereticis sede depulsus.

turam, unam voluntatem, unam virtutem et gloriam; atque in Trinitate nullam esse servitutem vel subiectionem, nullum esse alteri superiorem in ordine deitatis; nullum propria auctoritate alteri ceu servo imperare; sed cunctos pares uno honore qui proprius dominationis est ac deitatis, atque hunc esse splendorem omnipotentiae congruentem. Neque vel uno temporis puncto Pater sine Filio fuit, neque item uno temporis puncto Pater ac Filius sine Spiritu sancto extiterunt; sed perennis Trinitas est, aeterna, sine principio ac fine.

De divino autem Verbo ita credendum est: nempe duas esse generationes eius, unam de Patre a principio ineffabiliter sine feminae usu; alteram in plenitudine temporum de sancta virgine Maria, ratione item abstrusa et incomprehensibili sine ulla nuptiali copula. Hoc enim tantum comperimus: Verbum caro factum est, et nobiscum fuit, et illud vidimus oculis nostris, et manus nostrae contrectaverunt. Neque Pater Verbum tamquam unum ex angelis vel cherubim aut seraphim, sed ex sua substantia progenuit. Idem super omnem potestatem est ac dominationem atque omne nomen, quod appellatur sive in praesenti sive in futuro saeculo; aequale est Patri sanctoque Spiritui, atque in sua deitate sempiternum. Idcirco de Spiritu sancto dixit: ille de meo accipiet et annunciabit vobis. Hic Spiritus in Iordane supra Filium descendit sub columbae specie. Porro Verbum multiplicari peccatum inter homines videns, caelo se demisit, Virginisque sinum intravit, ubi corpus sibi conformavit. Neque vero Pater in visceribus fuit Virginis, ne quis diceret Patrem ad conditionem Filii transisse; sed Filius voluntate ac placito sancti Spiritus (quandoquidem una

est in Trinitate voluntas, ne quis forte dicat eum ab alio creatum, atque alienum a deitate factum) Filius inquam unus incarnatus est, et corpori accidentia pertulit quotquot peccato carent. Neque vero corpus de caelo detulit, sed id de virgine Maria suscepit Dei genitrice, sine nuptiali copula; eique corpori coniunctus est, unum quid secum faciens, unitate insolubili, inseparabili, imperturbabili. Hanc, inquam, fidem nos profitemur.

Haud porro quasi phantasma natus est, sed naturali prorsus veroque modo; ipseque Deus simul et homo est, ac veluti Emmanuel esu potuque absumebat quae ipsi ad epulandum apponebantur. Deinde propria voluntate ad crucem se contulit, ut Deo sacrificium pro nobis offerret. Cruci ergo est affixus, lancea latus eius perfossum, quamquam Deus esset homoque simul, et quidem unus non duo. Ipse immortalis est secundum deitatem, corpore autem mortalis; namque immortalis ac mortalis in unica conglutinati persona sunt. Insuper sanguis et aqua de latere eius profluxerunt, uti mystice fuerat dispositum. Haec autem omnia nequaquam ipse sola sua humanitate patravit, quasi haec ab unitate semet secrevisset; negamus id enimvero; sed deitas accidentia corpori voluntate sua excepit (1); quia ambae, deitas scilicet et humanitas, in unica ac sola unitate copulatae erant. Neque duae naturae invicem separatae sunt, quae iam fuerant unitae quod attinet ad res oeconomiam spectantes Verbi incarnati; neque

(1) Caveamus heic a monophysismo, quem egregie refutat divus Nyssenus apud nos Script. vet. T. VII. p. 288. col. 1. in Eustathii contra Severum opusculo: *si eos, inquit, criminatur qui naturae humanae adscribunt passionem, vult omnino passioni ipsam obnoxiam facere deitatem.*

divisibiles erant sive secundum virtutes deitatis proprias, sive secundum passiones humanitati congruentes, sed eae semper unitae fuerunt. Caveamus ergo a Photini (1) Sabelliique errore; etenim deitas sponte excepit accidentia humanitati (2), quoniam ambae in unica unitate consistunt, quin ulla in re separentur quae Verbi oeconomiam spectat, ne in corporis quidem passionibus, sed in perpetua unione permanserunt; ne forte credamus ut Photinus atque Sabellius, qui aiunt deitatem recessisse, solamque humanitatem fuisse crucifixam. Atque hoc aiunt, ut timorem quodammodo terroremque in deitatem invehant, Deumque afficiant iniuria per falsam suam sapientiam quae scatet blasphemiis. Nos vero haud blasphemiis indulgemus, sed incorporeum credimus factum esse corpus, impassibilem passum esse, et exsanguem participasse sanguini intemeratae Virginis, sicut ceteri nati infantes, prout sapiens dicit Paulus apostolus: debuit per omnia fratribus assimilari, ut liberaret eos qui morti perdiu erant obnoxii per salutarem necem suam secundum incarnationis rationem.

Age vero ne timeas, Imperator, neque universus populus audiens, quod Deus sit mortuus passusque pro nobis, neque te praevaricantium linguae merito praecidendae decipiant, qui aiunt: absit ut dicamus Deum Verbum esse mortuum atque sepultum. Nos etenim immortalem ipsum cognoscimus a resurrectione quae post tertiam diem accidit, postquam nobis quoque resurrectionem morte sua salutari comparavit. Nam qui mortuus est, idem est qui de morte surrexit. Quod si forte is qui semet suscitare potest, quia virtutis est Dominus,

(1) Cod *Pantas* heic et inferius.
(2) Rursus patripassianus error heic insinuari videtur et infra.

non existit, falsa utique est resurrectio. Quod si falsa resurrectio, inanis est fides nostra, similesque Iudaeis evadimus. Quod si mortuus carne tamquam homo non fuisset, nequaquam utpote Deus victoriam mortis abolevisset, neque Adami chirographum abstulisset.

Trinitatem quoque credimus, o Imperator. Quippe aiunt praevaricantes in sui cordis caecitate, quo tempore sancta Maria virgo divinum Verbum in carne peperit, Trinitatem factam esse quaternitatem. Sed enim nos haud ita loquimur; Trinitas enim Trinitas est, unus reapse est unus, lux magna videlicet invisibilis quae deitatis est propria. Qui vero quaternitatis mentionem fecerit, necesse est ut incrementum deitatis admittat, et unius inseparabilis dualitatem. Re tamen vera deitas corpori unita est, et in sanctae Mariae virginis Dei genitricis sinu homo facta est, caelum conscendit cum sua unione inseparabili, sedit ad Dei dexteram, atque ad iudicandum vivos et mortuos ventura est.

Haec est apostolica fides, firma fides, atque a praevaricantium blasphemiis aliena: unus baptismus intemeratus, Patris Filii et Spiritus sancti una divinitas et inseparabilis, sine qua nulla res exstitisset; una est natura, una essentia, tres inconfusae personae et imperturbabiles, unaquaeque in altera insidens; tres sempiternae personae cum suis proprietatibus, et unaquaeque per se subsistens. Haec est fides et catholicae ecclesiae traditio, secundum ea quae patres nostri apostoli definiverunt. Sic credimus, et sic docemus, et peregrinam impuramque praevaricantium doctrinam minime admittimus. Sed confitemur, Verbum quod factum est caro a Patre genitum esse, atque unum esse factum cum corpore de Maria virgine sumpto, praedito anima et mente, anima scilicet rationali et intel-

ligente. Corpus autem de Virgine sumptum, haud certis temporibus cum Verbo est, aliis autem illud deserit, sed cum ipso inseparabiliter et sine fine aeternaliter unitum est; neque umquam Verbum a suo corpore separatur, cum quo unicam unitatem constituit; neque est ullus temporis terminus quo ab eo dividatur, sed naturaliter ipsi unitum est absque divisione, aut abscessu, aut dissolutione, prout unio naturalis requirit. Est denique unus, non duo. Deus est naturalis et spiritalis, homo est naturalis et corporeus, duabus generationibus polleus, altera ex Patre ante omnia saecula sine feminae usu, altera ex sancta virgine Maria sine masculi opera. Hic unus atque idem est ante et post incarnationem, sine ullo ad personam eius additamento; et nunc unus est dominus noster Iesus Christus, in quo unam personam fatemur, unam naturam et operationem (1).

Haud tamen deitas ad se transtulit humanitatem, neque rursus haec sibi arripuit deitatem quasi aliquod regnum, atque ut prophetica dignitate fulgeret; sed Verbo dignanter placuit de Maria virgine Dei genitrice carnem sumere, et duas in unam solamque unitatem perfecti hominis iungere, in qua pacem operatur. Neque alterutra natura servit alteri tamquam famula, neque instar phantasmatis umbraeve languet, sed ambae naturae in una unita insolubili et inseparabili permanent. Neque hae duae naturae confusae fuerunt, ne forte evanescerent dum mortem gustarent; sed illa quae de morte eiusque qualitatibus triumphat, semet absque confusione adunavit cum ea, quae morti est obnoxia; fides autem unam spectat naturam (2) mor-

(1) En haeresis monophysitica et monothelitica.

(2) Immo prae oculis sit Nicetas de symbolo: *utrumque cre-*

tis victricem et expultricem, unam personam, unicum Dei filium dominum nostrum Iesum Christum, perfectum, sine defectu aut mutatione, liberum alienumque quovis phantasmate, divisione, confusione, vel translatione. Neque deitas in corpore otiosa est, nec corpus coram deitate evanescit; sed unaquaeque natura immutabiliter per se subsistit, natura autem immortalis facta est una cum ea quae per se mortalis est (1); illa quae omnem creaturam alit, atque omne corpus nutrit, facta est una cum ea quae famem sitimque perpetitur; natura immortalis facta est una cum ea quae perit, quae vulneribus obnoxia est, flagellis, calamitatibus, lassitudini ob viae itinera, corporis debilitati in gestanda cruce, gutturis ob sitim ariditati cum penderet patibulo, animae tristitiae usque ad mortem, lateris transfixioni militis manu, aquae et sanguinis scaturigini de vitae fonte post obitum.

Atque has cunctas passiones excepit Verbum in corpore quod minime est phantasticum, sed unum cum ipso Verbo secundum personam, unica nempe unitas personarum propria. Post unionem igitur cessat omnis divisio, neque iam dicuntur duae naturae (2), nec duae personae, nec duae operationes (3). Qui autem dualitatis unionem dicunt, ii mysterium sanctum corrumpunt. Ergo removeamus deinceps ab incarnato Verbo quodlibet dualitatis epithetum, quodvis phantasma,

dendus est Christus, Deus et homo, quia sicut homo ex passionibus agnoscitur, ita Deus ex divinis operibus manifestatur.

(1) Hem mira Severi contradictio! Legatur apud nos Eustathius Script. vet. T. VII. p. 290, qui demonstrat Severum duas dixisse re ipsa Christi naturas, unam vero secundum phantasiam, idque ut suos tantummodo adseclas deluderet.

(2) Est haec capitalis blasphemia sectae.

(3) Est hic consequens error.

mutationem ac divisionem. Nam phantasma mutationemque perfidus utique invexit Eutyches. Nos vero confitemur Christum unum cum sanctis suis accidentibus, quotquot nimirum peccato carent, unicum Patris Filium, nec non sanctum Spiritum, aequalem Trinitatem, unamque naturam; Filiumque esse passibilem secundum corporis mortalis naturam. Hinc quicquid deitati competit, non autem corpori, huic tantum attribuimus qui sponte pro nobis illud excepit. Quare et maximum miraculorum, et minima passionum, ad hunc unum pertinent qui dolores in corpore perfert, mortuos utpote Deus suscitat, sicuti scriptum est: tu es qui es. Atque hic unus, non autem duo, sine dubio in corpore obiit, sed idem de morte tamquam Deus triumphavit ac resurrexit, nobisque aeternam victoriam concessit, mortisque stimulum fregit, arborem denique vitae ostendit, videlicet resurrectionem. Gloria domino nostro Iesu Christo, eiusque Patri, et Spiritui sancto vivifico, nunc, et omni tempore, et per saecula saeculorum! Amen.

Severi scripta hactenus pauca e multis edidimus, ut nobis haeresis monophysitica in coryphaei scriptis apprime constaret. Sane numerosa et vivax haec secta est; a quinto enim Christi saeculo usque ad nos, Syriam, Armeniam, Mesopotamiam, Aegyptum, atque Aethiopiam occupat. Quamobrem Assemanus in suo de Monophysitis tractatu sedes horum episcopales plus centum et quinquaginta intra limites tantum antiocheni patriarchatus recenset. Nos vero in sexto ac septimo Scriptorum veterum voluminibus, clarorum auctorum scripta multa in lucem extulimus, quae hunc absurdum errorem ita refutant, ut his lectis nemo iam recto animo apud Monophysitas stipendia facere queat.

XIII.

NOTITIA EPISTOLAE THEOLOGICAE
IOHANNIS PHILOPONI
AD IUSTINIANUM IMPERATOREM
EX CODICE SYRIACO.

Inter eos qui virus monophysiticum toto pectore combiberunt, Iohannes philoponus fuit, alexandrinus philosophus nobilis, labore litterario, unde agnomen traxit, multisque editis libris clarissimus. Haeresim eius cum alia monumenta testantur, tum ipse auctor in Diethete famoso opere apud Assemanum in catalogo vatic. T. III. p. 252. cod. syriaco CXLV. *Eodem codice longa quoque epistola vel potius tractatus eiusdem Philoponi continetur ad Iustinianum imp., cuius Assemanus vix paucis verbis facit mentionem. Equidem totum id scriptum cognoscendum curavi, in quo sumptis plurimis de philosophica schola ac naturali ratiocinio sophismis monophysiticum dogma tuetur Philoponus, qui tamen theologiae laudem non adsequitur, quae solidiore ac tutiore via, et sacrorum librorum patrumque auctoritatibus communita, incedere solet. Sed nulla in re peius Philoponus labitur, quam ubi divinas personas cum ipsarum natura ita confundit, ita aliud pro alio sumit, ac tantopere vocabulis abutitur, ut triplex deitas apud eum suboriatur; quare etiam tritheitae infamiam adeptus fuit. Scopus autem Philoponi est, Iustiniano suadendi, ut peremptorio edicto locutionem* duarum Christi naturarum, *itemque* Christi in duabus naturis, *vetet. Itaque longis adsentationum ambagibus viam sibi ad Caesaris gratiam sternit, et per se pronum ad theologicas definitiones*

Iustiniani animum vehementer impellit. Sed frustra fuit; etenim Iustinianus ab hoc errore longe abhorrebat, quod eius luculentus mirificusque tractatus ad monachos alexandrinos, apud nos Script. vet. T. VII. p. 292. seqq. demonstrat, ubi postremis duobus anathematismis p. 312, Monophysitas quasi ancipiti gladio iugulat. Atque hunc Iustiniani tractatum sine dubio prae oculis Philoponus habuit, eique per praesentem epistolam adversatus est; qua scripta, incolumitati credo suae ac tranquillitati Philoponus caute consuluit, dum a Iustiniano Constantinopolim accersitus, ut ait in exordio epistolae, senectutem suam et infirmitates ac hiemem excusavit; neque enim laetum itineris exitum habiturus erat. Hac a nobis summaria imagine epistolae exposita, dabunt hanc veniam lectores, quominus longo Philoponi scripto nostras paginas oneremus, quibus totidem subtexendae forent, ut singillatim id ipsum refutaremus.

XIV.

In huius Spicilegii tomo VI. p. XLII. et seq. edidi aliquot Henrici VIII Angliae regis litteras. Nondum tamen tunc videram in diverso codice egregiam aliam magnique momenti epistolam, qua idem Rex de Luthero, eiusque nascente haeresi, apud illius fautores Saxoniae Duces, graviter admodum, quamquam salva reverentia Principum, expostulat. Atque huius ad Germaniae Principes admonitionis suae meminit ipse Henricus apud nos tom. praed. p. XLVII. Insuper inter ineditas Hieronymi Aleandri litteras unam comperi, scriptam nomine Leonis X PP., qua respondetur illi epistolae Regis ad Leonem, quae est apud nos tom. dict. p. XLVIII. Utramque igitur et Henrici contra Lutherum, et Leonis ad Henricum, in huius voluminis appendice libenter colloco. Nam illae quidem Henrici epistolae, quae sunt apud Martenium Monum. vet. T. III. p. 1296. et seq., nihil ad has vaticanas adtinent.

CONTRA LUTHERUM EIUSQUE HAERESIM

EPISTOLA SERENISSIMI REGIS ANGLIAE AD ILLUSTRISSIMOS SAXONIAE DUCES PIE ADMONITORIA.

Illustrissimi atque excellentissimi Principes, clarissimi domini cognatique nostri longe omnium carissimi, sinceram salutem ac felicium successuum assiduum augmentum.

Si quid fors incideret, in quo admoneri me profuerit, pro animi vestri comperta bonitate certissimam spem concepi, admonitionis vestrae beneficium nunquam mihi defuturum esse. Quam ego rem, cum animum erga me vestrum ex meo erga vos affectu metiens indubie mihi persuaserim, ingratus admodum ipse mihi videar, si in ea re, quae non ad honorem modo vestrum, sed fortunas quoque vehementer spectat, ego vicissim vos admonere negligerem. Quid enim ad vos, et tam potentes et in Christi cultum tam devotos Principes, aut propius spectare potest aut debet movere vehementius, quam cohibendae factionis istius lutheranae studium, qua nullam unquam in terris nocentiorem malus invexit genius, aut quae maiorem perniciem sit illatura propediem, nisi boni piique omnes obstiterint, et in primis qui plurimum et possunt et debent Principes? Non quod Lutherum talem censeam, qui viris probis aut prudentibus possit imponere, aut ea quae scribit nesciam esse tam impia ut ea bonorum omnium aures exhorreant; sed quod sciam nunquam defuturam improborum hominum colluviem, quibus ineptissimus quisque aptissimus est magister; et ut quicque maxime nascitur absurdum, ita maximo exceptum plausu, summo studio et contentione propagent.

Cod. vat. 6559. f. 73.

Nam quod ad ipsum pertinet Lutherum, olim visus est nec indoctis nec malis hominibus, ut multa parum bene, ita quaedam non omnino male scribere. Verum ita statim profecit in peius, ut ilicet multi perspexerint, quicquid unquam aut plausibile scripsit aut tolerabile, non alio fecisse consilio quam ut meliorum ostentatione viam pararet peioribus, et praelito melle venenum redderet vendibilius. Quam rem successione perpetua nocentiorum semper dogmatum adeo testatam reddidit, ut hodie neminem esse usquam putem, cui scintilla ulla maneat aut in capite cerebri, aut pietatis in pectore, qui non eum totum cum suis insaniis ex animo prorsus eiecerit. Etenim initio coepit utcumque disputare, deinde irasci, paulo post incendi, postremo furere; iam in eo demum libro quo debacchatur in me, furias ipsas furore ac vesania superare. Quo in libro si quid scripsisset usquam, quod rem videretur attingere, si quid omnino mentis miscuisset amentiae, si quid non absurdum prorsus effluxisset ei, quale vel casu solet mente motis excidere, quamquam non admodum decorum puto ita me comparare, ut cum homine tali publice componar ac disputem, tamen cum rex et propheta David non censuerit indecorum ante arcam foederis nudum saltare cum quolibet, ipse certe non eram quemquam habiturus indignum quocum in gratiam religionis pro fidei veritate dissererem. Nunc vero cum nihil ad rem respondeat, sed rationum loco proferat mera deliria, alios cum illo congredi, nec inhortabor nec prohibebo; ipse certe non committam ut cum insaniente insaniam.

Quisquis et aequus lector et prudens libellum meum cum illius libro perlegat, is profecto facile indicabit, iam nunc Lutheri naeniis satis superque responsum

esse. Quod si quis illi tam inique faveat ut mea verba non sustineat inspicere, aut tam insigniter instupescat, ut collatis utrimque locis, non sentiat rem adhuc responso non egere, huic nulla unquam responsione satisfecero. Nam quî queam illis, qui nihil aut velint legere, aut possint intelligere, praeter Lutheri scurrilia iurgia? Qui cum interim rem ad istum tractet modum, magna me affecit voluptate; siquidem initio certus eram rem quidem, quam tuendam susceperam, suapte natura esse inexpugnabilem, adversus quam nec inferorum portae possint praevalere, sed imbecillitatis meae conscius, de meis tamen armis dubitabam. At nunc effecit hostis, ut orbi toti inclarescat, alterum nempe, aut ipsum esse prorsus imbecillum, aut meas rationes admodum valuisse, quas contra nihil invenire potuerit, praeter insulsa scommata et prorsus insana convicia. Quibus si me commoveri putet, egregie profecto fallitur. Etenim quantumvis ille me vocet insanum, vocat opinor plus millies, nunquam tamen tam insanus ero, ut aegre feram quod insanus vocer ab insano. Itaque aut mea me fallit opinio, aut istius in me ac regium nomen contumeliosa spurcitia, vos haud paulo magis quam me, viri clarissimi, commovet. Solet enim generosos animos nobilium reverentia quaedam inter se colligare, qua vel in hoste cum oderint ac persequantur hominem, personam tamen honorent ac revereantur officium. Nec generosus fere quisquam invenitur usquam tam incivilis ac barbarus, qui vel inimicitiis ullis adduci possit, ut scurrilem in modum linguae petulantia conspergat nobilem. Tantum abest ut quisquam ea nobilitate ac generosa virtutis indole, qua mihi persuasi quemlibet esse vestrum, aequo animo ferat et principis et amici nomen vilissimis nebulonibus haberi ludibrio.

Quod meum de vobis iudicium vel is affectus confirmat, in primis quem in memet ipse sentio. Nam cum ne tantulum quidem me tetigerint omnia quae blateravit in me, tamen perquam indigne tuli blasphemias illas, quibus augustum Caesarem et ceteros Germaniae Principes virulentissima lingua perfudit, quos omnes in eius ipsius libelli frontispicio, quem in meum evomuit, probro contumeliosissimo proscindit. Wormatiam, inquit, ingressus sum, etiam cum scirem mihi violatam esse a Caesare fidem publicam. Nam didicerunt Principes Germaniae, olim de fide laudatissimae gentis, nunc in obsequium idoli romani nihil magis quam fidem contemnere, in perpetuam nationis ignominiam. Haec tam virulenta in Caesarem ac Principes germanos convicia, quam falso ac flagitiose mentiatur os illud impudens ac mendaciorum fons perennis, vel illud indicat, quod hodie, nisi mentiretur, qui posset ita mentiri non esset. Quis enim dubitat quam facile potuisset meritum reportare supplicium, si Caesar id voluisset ac Proceres? Sed quis illud, non dico Caesar aut Procerum quisquam, sed vel honesto loco natus christianus ullus, in animum potuisset inducere, ut fidem violaret publicam, ut illum quamquam publicae fidei publicum hostem, per perfidiam tolleret, ut odio (quod aiunt) nocentis perderet innocentiam? Istud cum non Caesar promissi observantissimus, non Procerum aliquis, quibus nihil antiquius honore ducitur, non honesto loco natus christianus quisquam, ut qui nihil non censeat posthabendum fidei, potuisset unquam cogitare, quis unquam vivit vere germaneque Germanus, qui ferre possit nebulonem fraterculum, quae perpetuam infamiam inurerent nationi germanicae, ea tam impudenter quam

mendacissime non cupiam sui simili Germano, sed Proceribus omnibus Germaniae, atque ipsi quoque Principum germanorum Principi per convicium exprobrare Caesari? Demiror talia, si Germani ferant in isto. Nos profecto quanto magis indignamur, in tales ac tantos Principes tantum licere fraterculo, tanto minus eius mendaciis movemur, quae partim latine quae legimus, partim germanice quod audio, furiosus eructat in me. Nam si quid maledictis illis immiscuit, de cuius veritate poterat quisquis rem non nosset, aliquid fortasse dubitare, nunc in animum succurret lectoribus nihil illius maledicentiae credendum, cui perpetuum institutum esse videat, de Principibus prorsus omnibus atque ipso etiam Caesare mentiendi.

Neque enim istud Luthero novum est, omnia comminisci ac simul fingere, quibus in odium Principum scelerate concitet atque extimulet populum. In quod negotium promovendum, sceleratorum hominum catervam iamdudum contraxit atque adiunxit sibi. Itaque nulla nuquam factio fuit seditiosa, pestilens, nefaria, quae sic religionem omnem tollere, leges omnes obruere, mores omnes bonos corrumpere, res publicas omnes evertere machinata sit, ut nunc ista coniuratio lutherana, quae et sacra omnia profanat, et profana contaminat; quae ita Christum praedicat, ut eius sacramenta conculcet; ita Dei buciuat gratiam, ut arbitrii libertatem destruat; ita fidem extollit, ut operibus bonis detrahat, et invehat peccandi licentiam; ita misericordiam sublevat, ut iustitiam deprimat, et malorum omnium causam inevitabilem non in Deum aliquem malum, quod Manichaei saltem commenti sunt, sed in unicum illum vere bonum reiciat. Quae cum ad hunc modum impie divina tractarit, velut e caelo deiecta

serpens virus effundit in terras, in ecclesia c
dissensionem, leges omnes abrogat, magistrat
enervat, laicos in sacerdotes concitat, utrosqu
sus Pontificem, populos adversus Principes;
plane molitur, quam ut (quod omen avertant
Germaniae primum populus tamquam pro libe
lum indicat Proceribus; deinde ut Christian
Christianos, spectantibus et irridentibus Chri
bus, pro Christi fide ac religione depugnen

Quod si quis forte non credat, ab uno ho
hili, tantum unquam periculi nasci posse, huic
tem velim subeat Turcica illa rabies, quae c
tot per terras et maria se diffundens, maximau
cherrimam totius orbis partem occuparit, a
olim nebulonibus sumpsit initium. Ut interin
factionem Bohemicam, quae et ipsa, quis r
quam exiguo vermiculo, in quam immanem d
haud absque magno Germaniae malo, quam
adolevit? Ita proclive est malam segetem nul
tente crescere! Nec ullus unquam socio caru
cendum; neque tam imbecillus est quisquam,
curo possit ac tamquam insurum spectanti, let
nus infligere. Quae res quo minus contingat
sente negotio, Principibus omnibus adnitene
Adnitentur autem, si rem pro levi non habe
existiment dumtaxat esse scholasticam, sed cu
res agatur et hominum, dignam intelligant
stiani Principes admoveant manus.

Quod ut nullius non incumbit officio, ita
mum incumbit, cognati carissimi, vestro; u
proximi estis periculo, et facillime (ut ferunt
obruere, si nascenti malo propere eatur obvia
quam et improbi per malitiam, et simplices

rorem, in eum numerum et robur coaluerint, ut facile cohiberi non possint. Cui ergo rei prospecturos vos pro vestra prudentia, et in Christi fidem observantia, non dubito. Nam cum nulla possit haeresis exoriri, quam vos fideles in Deum Principes, non vehementer aversemini, lutheranam tamen fieri non potest, ut non praecipuo quodam odio prosequamini. Nam licet homo vaniloquus non uno loco scribat se in hoc electum a Deo, ut hanc doctrinam quam ille solam vocat evangelicam, ad istum quo coepit modum spargeret ac praedicaret in mundo, vestra tamen prudentia facile deprehendit, nec illum afferre quicquam cur evangelica verba credatur melius intellexisse, quam veteres ecclesiae sanctae sanctos doctores omnes, quorum iste interpretationes omnes abigit atque contemnit prae suis; et multa non ignoratis per manus ab Apostolis olim tradita, ubilibet haetenus observata perpetuo, quorum iste nihil blasphemus non exsibilat. Ad haec animadvertatis, spiritus hominis arrogans, mendax ac maledicus, quam longe absit a Spiritu Dei sancto, qui solet electis suis inspirare veritatem, lenitatem, modestiam, et cum sui contemptu charitatem ac reverentiam omnium. Postremo doctrinam eius videtis praetextu praedicationis evangelicae, meram esse wycliffieam, a quo vos, cognati carissimi, non dubito toto pectore prorsus abhorrere; ut quam germani Proceres, atque in primis ut audio progenitores vestri, vehementer elaborarunt extinguere, sed quoniam serius aliquanto coeperant, prorsus exterminare non poterant. Hactenus tamen profecerunt, ut eam velut perniciosam beluam intra quosdam Bohemiae terminos velut in speluncam clauderent atque cohiberent.

Quae cum ita sint, dubitare profecto non possum,

sedulo provisuros vos, ne quam vestri maio
concluserunt, ea vestra incuria sic repetat
per Saxoniam prorepens, totam pervadat G
et afflatu noxio inferum eructans ignem, ill
incendium, quod Germani toties voluerun
suo restinguere. Qua in re quamquam pro
nitate vos tam propensos esse non ambigo
monitore vobis, neque hortatore sit opus,
pro meo in vos affectu me continere non p
ad voluntatis vestrae pronitatem et admoni
et hortationes adiungerem. Etenim cum nu
cipem tam alienum putem, quin ei mihi v
ficii debere, ut qua in re possim, eius h
sulam, vobis viri dignissimi, ut id impe
beam, cognati quaedam sanguinis necessitud
git; quandoquidem intelligo serenissimos
stros e stirpe clarissima Regum Angliae pr
meorum esse progenitos; quae communio s
cietas sanguinis sic animum meum afficit e
nihil aut commodi prorsus aut incommodi
accedere, quod ego mihi vobiscum non exi
commune. Quam rem quo magis mihi p
magis ac magis vos admonere cogor et hor
per omnia vos obsecrare sacra, ut quam n
estis mature detis operam, ut execrabilis
secta coherceatur, absque caede cuiusqua
potest) aut sanguine. Si id quo minus poss
obsistat audacia, quoquo modo coherceat
neque permittatis ut leges, magistratus,
respublicae, divina denique atque human
assuescant paulatim vilescere, conculcari,
invalescentibus improbis, mussitantibus bo
dem res perveniat, ut alteri perversae mali

praeposterae patientiae, Deum aliquando vindicem atque ultorem habeant. Cui periculo si vestra occurrit industria, pacatae patriae, discussi schismatis, restitutae concordiae, religionis cultae ac perpurgatae, et apud homines eximiam laudem, et apud Superos immortalem gloriam consequemini. Valete, viri clarissimi.

Litteras has obsignaturo mihi venit in mentem, Lutherum in suis adversus me naeniis excusare se, quominus ad reliqua respondeat impediri, transferendo Biblio. Visum est igitur hortari vos, ut omnium rerum maxime provideatis ne id permittatur facere. Nam ut bonum esse non negem, in quavis lingua legi Scripturam sacram, ita certe periculosum est ex versione legi, cuius mala fides fidem facit omnibus, id illi studium esse, ut bene scripto male vertendo pervertat, ut populus ea se legere putet in Scriptura sacra, quae vir execrabilis ab execrandis hausit haereticis. Iterum valete, viri serenissimi atque animo meo longe carissimi.

Leo ·x· Pont. Max. Henrico ·VIII· Angliae regi.

Quanto honestiores et promoveri digniores personas Maiestas tua nobis commendat, tanto nobis gravius est non posse tuis et earum votis pro re et loco satisfacere. Non erat nobis ignotum dilecti filii Cuthberti Tunstali in episcopum londoniensem nominati et electi excellens eruditio, summa vitae integritas, et rerum tractandarum experientia, quantumque Maiestati tuae ob eas causas gratus esset non ignorabamus, adeo ut vel sponte nostra data occasione fuerimus hominem ad altiora evecturi. Sed quominus ex animi nostri sententia istam nominationem et electionem prius quam Cod. vat. 8075 f. 25.

ad Urbem accesserimus confirmaremus, id idem in causa fuit quod expeditioni abbatiae divi Albani obsistere, Maiestati tuae significavimus. Quod tamen in manu nostra fuit, ut cognoscat Maiestas tua nihil nobis esse antiquius quam ut sibi quem pro tempore possumus morem geramus, volumus quod cum gratia Maiestatis tuae liceat, et per hasce breves nostras Cuthberto concedimus, ut quamvis per bullam plumbeam talis expeditio facta non sit, proventus tamen, fructus et redditus omnes episcopo debitos, ceteraque emolumenta tam spiritualia quam temporalia ex eodem episcopatu libere recipiat; et ad hanc nostram voluntatem et concessionem impediendam statuta, ordinationes, privilegia, consuetudines ecclesiae londoniensis, praescriptione, iuramento, ultima fundatorum voluntate firmatas, nihil pro hac vice roboris aut vigoris habere decernimus, et omnino declaramus. Ita tamen ut ante tres menses exactos, post nostrum ad Urbem adventum, istius episcopatus provisio in consistorio nostro et per plumbatas litteras rite expediatur. Verum quia ad huius nostrae concessionis effectum gratia et auxilio Maiestatis tuae Cuthbertus indigebit, etsi hominem ob egregias suas virtutes Maiestati tuae commendatum non dubitamus, tamen ut qui liberalitatem tuam in maiori re sensit, et in hac parva sentiat, eum quo possumus maximo paterno affectu commendamus, ne propter nostram ab Urbe absentiam, temporum culpa aliquanto diuturniorem, tantum incommodi et dispendii patiatur.

EXPLICIT VOLUMEN.